

10694 I

A.

*Reservé*

V. AMPLISS.

CHRISTOPHORI



THVANI

TVMVLVS.

*Franciscus Rasmis Noëns.  
Chirurgus Paris & Reg. 1584.*

*Oratorij Parisiensi Catalogo Inscriptus. / X. 95.*

IN IAC. AVG. THVANI

ÆMERII pietatem.

*Cui prisca est pietas, cui virtus aurea cordi,  
Dum canet Ænean, & canet Æmerium:  
Ex ardente rogo tulerit quod uterq; parentem:  
Sustulit ille humeris, sustulit hic numeris.*




LVTETIÆ,

Apud Mamertum Patissonium, Typographum  
Regium, in officina Rob. Stephani.

M. D. LXXXIII.

*Ex dono D. Patissonij.*

datacolor









C.E. 72.









38  
9585


















CI



Fr  
Am  
Orator

I

Cuipr  
Dum  
Ex ar  
Suff

hpu



V. AMPLISS.  
CHRISTOPHORI  
THVANI



TVMVLVS.

*Franciscus Rasmis Quens.  
Chirurgus Par. & Reg. 1584.*

*Oratorij Parisiensis Catalogo Inscriptus. / X. 95.*

IN IAC. AVG. THVANI  
ÆMERII pietatem.

*Cui prisca est pietas, cui virtus aurea cordi,  
Dum canet Ænean, & canet Æmerium:  
Ex ardente rogo tulerit quod uterq; parentem:  
Sustulit ille humeris, sustulit hic numeris.*



LVTETIÆ,  
Apud Mamertum Patissonium, Typographum  
Regium, in officina Rob. Stephani.

M. D. LXXXIII.

*Ex dono D. Patissonij.*



10004 1

V. AMPLISS.

CHRISTOPHORI

THVANI

TVMVLS.



*Faint handwritten text in a cursive script, possibly a library or ownership mark.*

IN FAC. AVG. THVANI

AMERII DIGITUM.

*Qui pifca est pietas, cui vivit aurea cordi,  
Dum canet Aeneas, et canet Americanus:  
Ex ardentis rogo tulerit quod vterq. parentum:  
Suffulit ille humeris, suffulit hic humeris.*



LVTETIAE

Abud Mamerum Paffionium Typographum  
Regium, in officina Rob. Stephanii

M. D. LXXXIII.

*Ex dono D. D. v. p. p. p.*





UNIVERSITÄT  
PARIS  
C. FLAND. CANCELL. AN. 1712





ILLVSTRIS. ET AMPLISS. V. CHRISTOPH. DE THOV EQVTIS  
PARIS. SENAT. PRINCIPIS SERENISS. D. BRAB. ANDIVM  
C. FLAND. CANCELLARII EFFIGIES.



3  
D. O. M.

CHRISTOPH. THVANO EQVITI AVGVSTINI  
PRAESID. PARIS. V. IACOBI CONSILIARII  
REGII N. SENATVS PARIS. PRINCIPI V. IN-  
COMPARABILI, QVI PER OMNEIS VITÆ GRA-  
DVS SVMMA CVM ERVDITIONIS INTEGRI-  
TATIS PRVDENTIÆ LAVDE VERSATVS, SA-  
CRI IVRIS PVBLICI AC PRIVATI SCIENS, RI-  
TVVM PRISCORVM ET IMPERII ARCANO-  
RVN PERITISSIMVS, ORATOR FACVNDVS,  
POETA ELEGANS, HISTORIARVM SVI TEM-  
PORIS, QVARVM SCHEDAS INTER SCRINIA  
RELIQVIT, INCORRVPTVS SCRIPTOR, SVM-  
MÆ CITRA FASTVM GRAVITATIS, AD PRO-  
MERENDVM DE OMNIB. NATVS, UTILI-  
TATIS PVBLICÆ VSTVDIOSVS, TI DOMESTI-  
CÆ NEGLIGENS, EODEM VITÆ TENORE  
SEMPER VSVS, NON LÆTIS REB. ELATVS  
NON SEQVIORIB. CONSTERNATVS, SED  
IN ADVERSIS NEGOCIA PRO SOLATHS AC-  
CIPiens, PRIMATIB. REGNI ÆQVE AC INFI-  
MÆ PLEBI ACCEPTVS, POTENTIVM GRATI-  
AM CVM INFERIORVM COMMODIS ÆQVA-  
BILI LIBRANS TEMPERAMENTO, AVARITIÆ  
AC RAPACITATIS ACERRIMVS HOSTIS, AB  
AMBITIONE ALIENVS, HONORES VEROS,  
QVIA FALSOS ADPECTARE CONTEMPSE-  
RAT, VIRTYTE ET MERITIS SVB FRANCIS.  
I. HENRIC. II. FRANCISC. II. CAROLO IX.  
HENRC. III. CHRISTIANISS. P. P. ADEPTVS,  
PARIS. SENATVS PRÆSES, DEINDE TVRBV-



LENTISS. GALLIÆ TEMPORIB. QVASI OMNI-  
 VM ORDINVM CONSENSV AD AMPLISS. DI-  
 GNITATIS FASTIGIVM ERECTVS, MOXQVE  
 VIRTVTIS ERGO POTENTISS. P. HENRICI  
 AVRELIAN. D. AC POSTEA FRANCISC. SERE-  
 NISS. BRABANT. ANDIVM D. CANCELLARIVS,  
 TANDEM CVM DE IVDICIARIO ORDINE E-  
 MENDANDO, DE QVÆSTVRA REGNI A FRAV-  
 DIB. ET RAPINIS VINDICANDA, DISCIPLINA  
 COLLEGIORVM RESTITVENDA COGITARET,  
 NVLLA INCLINANTIS ÆTATIS INCOMMO-  
 DA HACTENVS EXPERTVS, FEBRI INOPINA,  
 QVAM IN MVNERE ASSIDVVS FRANGERE  
 NEQVICQVAM TENTAVERAT, CORREPTVS,  
 INTEGRIS ANIMI ET CORPORIS VIRIB. OP-  
 TIME MERITAM DE REPVB. ANIMAM DEO,  
 CVI OMNIA ACCEPTA REFEREBAT, SOLE-  
 MNI OMNIVM SANCTORVM DIE REDDIDIT,  
 IAC. TYLEA INDIVIDVA VITÆ COMES MA-  
 RITO DVLCISS. RENATVS N. AVO, CHRISTO-  
 PHO. MELODVN. PRÆFECTVS, IAC. AVGVS-  
 TVS. CONSILIAR. REGIVS F. F. PATRI. PHI-  
 LIPP. HVRAITVS FRANCIÆ PROCANCEL-  
 LARIVS. ACHILL. HARLÆVST SENATVS PA-  
 RIS. PRINCEPS GENERI SOCERORVM  
 MAERENTES P. P. ANNOITIMA  
 VIXIT ANNOS LXXIII. MENS. III. DIES  
 VII. OBIIT ANNO SAL. CIC. TO  
 LXXXII. KAL. NOVEMB. I. HENRICI  
 EI QVI BENE PRECABERIS BENE TIBI EVENIAT  
 ET VIVO ET MORTVO ANS. PARIS.





על מות האיש החכם והנכבד מאד כרסתופורוס תואנוס ראש

אבות בבית דין גדול בימיו פה פארים

שיר :

**א**שרי לו כי שמר משפט :

שמע בין אחיו בצדק :

בין איש בין עני בין גרו :

בין יתום גם בין אלמנה :

במשפט לא הכיר פנים :

בקטון כגדול שמע :

לא ירא את פנים כל איש :

כי יראת אל עליון עליו :

גם כן הוא מת בשלום רב :

ויקבר בשיבו טוב :

ע"ה

1601

Io. QVINQVABOREVS Decanus col-  
legij Professorum Regionum.



פה ישכב איש נפלא תמים :

נפלא בספרים ומדינות :

תמים במשפט וישר :

בעבודה ובדרכי רינות :

GILB. GENEWARDVS Theologus Parif.

& Hebraicarum liter. Professor Reg.

A ij



Hebraicè. חרוזים עבריים :

מבית מדרש אל בירת הדיון כמשתדלות מנעורים ׀ דרך כבוד  
שואף אני :

הכמת סודי עון יסודי משפט נכון רוח נכון במעלות העלני  
על רם בימה מלא חכמה שלא נאכד יותר נכבד בכל צרפת  
חלב שלי היה כלי הטוב רוח המבריה ער על העיר אשר שפת  
אל העושר עם האושר הרים אותי תאותי בעבודי למלכים  
התחתנתי וחתמתי בצדקתי כל משפחתי לגדולים מחוקקים  
אני שוטר תחרת חוטר שר צרפתי התפקדתי לעת הרברה בין  
יוצי ׀

כאור חמה על החומה המזלות הגדולות ההירותי בין מלוצים  
אני תמיד חכם תלמיד בבית ארמון לכל המון אוכה מאור עשות  
משפט  
שופט עליון מלבד כליון אשר נושא כל הכסא בין מלאכים שלא  
נשפט  
כיום נורא מלא מרא יהיה חנון כגלל מנון המשיח לנשמתו :

Idem Syriacè.

מן בי ספרא לות בני דינא בוריוות מן מליותי חלף יקרא אתתקנת  
אנא

חכמתה דארני תקיפותא דאשיתי דינא כאנא רוחא מהיר ביד  
עתא זעיר זעיר

אעלא יתי על בימא ראמא מלוא דחכמתא לחדא יקרא בקל  
צרפתי לבי הוא

מאנא דרוחא טובא דעירא תדיר על קרתא דפתא אמנא  
בפרנכיא לות

ממונא עם טוביתא ארימת יתי אשתדלותי כד אנא משמש אנא  
למלא

אתחמת ואתחמת בכאנותי עם כל יתוס לרברבא מלכא  
מלא הוא דינא



עליא דלא בלון דסבל כל כורסיא בנת מלאכה בשמיא ביומא  
 רבא ורחילא  
 מליא דמרירותא יהא חסיא על חביבות רישוע משיחא לרוחא  
 ולרעני :

Le mesme en François.

S O N N E T.

**D**E l'escole au Barreau dès ma plus tendre enfance  
 Pour l'honneur i'aspiré : mon sçavoir m'auança,  
 Et d'equité l'amour par degrez me poussa  
 Au comble des honneurs du grand Senat de France.

I eu l'esprit vif & prompt tousiours en vigilance,  
 En richesse & en biens ce zele me haussa,  
 Et en seruant aux Roys & public enlaça  
 Les miens aux grands maisons où ie prins alliance.

Long temps i'ay presidé au Parlement des Pairs  
 Ainsi comme vn Soleil entre les Signes clairs,  
 Et tousiours i'en desir de faire à tous Iustice.

Le grand Iuge qui seul preside sur les cienx  
 Au supreme senat des Anges glorieux,  
 Aux grands Iours qu'il tiendra me vueille estre propice.

Αγιος Δαβιδ Ορφικος εν βρυοι.

ΑΝΑΓΡΑΜΜΑΤΙΣΜΟΣ.

Χειροφόρος Θουαγός.

ΣΟΦΟΥ ΘΡΟΝΟΣ ΧΑΡΙΤΟΣ.

**Ε**ΣΤΙ θεγνος παρ θεγνοιο, θεγνος γο λωυ βστ ην δηγος  
 Κελήσιν ειν αηγραγς, Κελύσιν εν πόλεσι.

Αλλά θεγνων πδύτων ο σοφου χαριτος θρονος  
 Θουαγός οϊος έλω τήλ παρ έδρων παρ έδρος. (βστ)



Επιτάφιον τῷ αὐτῷ κτ' Αἰαλοισμῶν.

Κήρυξ καὶ Δῆμος.

Κ.

Ω Λετο Χειροφόρος. Δ. τίς Χειροφόρος, τίς ὄλωλε;  
Κ. Θουανός. Δ. ὁ τειπλῆς ὄμμα δικαιοσύνης;

Κ. Ομμα δίκης τειπλῆς, ᾧ ᾧ τῆς ἐν βασιλείοις,  
Δύττερον εἰν ἀγροῆς, ἐν πολέεσι τείτον.

Δ. Φῶ, Φῶ, πένθος ὄσον; Κ. Ὅσον, ὄσον ὅτι τεικαρῶ  
Γηρούγη πένθισ' ὄλλυ μῦθ' Σπυρίη.

Ιω. Αὔρατος.



Θ Ουανός ἄρχιδίκων θεῖος νόος, ὡς θεός δίκης  
Λάμπεται Χειροφόρος καὶ μάλα χειροσπῆς.

Ὅς νέος ἂν ῥέα πείσει δικασπύλον, ἀλλ' ἀδικεῖζον  
Εμπεδος βύνομίης μή ἤ πεφρετέπετο.

Ἦν ὅ κεν ὦν ἀγροῆς ἀδελφροφος, ὄμμα τε βουλής  
Ενδίκην βύδερχές, μηδέπορ ὕπνα λέον.

Ὡς τειγέρων Νέστωρ πυκινὰς φρένας, ἠδὲ νόμω  
Εὐθαλές ἔχεν αἰεὶ, καὶ κλέος βυεπίης.

Τοῦ νόος ἀγχιθεῖς θνητὸν ῥέθου ὄλελειοπίας  
Οὐρανὸν εἰσθμαβὰς ᾧ ᾧ τῶν ὄρα γῶ φάος.

Παῖτες ὀδύρονται Ὅσον ἀμύδρα θανόντα, πλέον δὲ  
Μύρεται ἠ βουλή, καὶ χροεὶς αἰονίδων.

Φῶ καὶ ἐγὼ ποθέω τοῖου σέβας ἄρχιδικασπύ,  
Ὅν θεός ἄρχίτυπον ἦν καὶ δικασπύλης.

Ν. Γυλαίου.





## N Æ N I A.

**L**ugete Franci, Franciaque Palatia,  
 Lugete, quicquid urbium est in Gallia:  
 Lugete sedes prima iudiciaria,  
 Et Iudicum, quæ ubique sunt, subsellia.

Effertur ecce maximum vestri decus,

CHRISTOPHORVS ille, THVANVS ille, Præsidiū

Primi Senatus, prima in vrbe Gallia,

Primus: nec hinc tantummodo vocabulum

Habere primi meritis, imò multis dotibus,

Quibus eminebat primus inter ceteros

Omnes, fuere qui in Gallia vnquam, Præsides,

Virtute primus, non vel hac, vel altera,

Sed, quattuor quas esse dicunt, omnibus.

Ius primus vnus & tueri & dicere:

Consilia primus inque rebus publicis

Prudenter vnus, inque priuatis dare:

Sibi temperare primus & ab affectibus,

Humana perturbare corda qui solent,

Cupidine, ira, audacia, superbia:

Nec prosperis inflatus, aut contrarijs

Deiectus vnquam: utramque fortuna vicem

Sed ferre fortis. primus vnus denique

Sentire de Deo piè, & colere piè.

Vigilare primus, primus operari sacris,

Primus seniles vel per annos in forum

Itare mane, redire post meridiem,

Non hoc, vel illo, sed diebus singulis.





Et eum tenorem ad ultimum vsque spiritum  
 Seruare primus . namque parsimonia  
 Victus , labos assiduus , abstinentia  
 Ab his , quibus mens corpus & corrumpitur ,  
 Fecere , ut vsque mente sana & corpore  
 Sit vsus annum ad vsque sexagesimum  
 Decimumque quintum : Nestor huius seculi  
 Ætate primus , primus eloquentia ,  
 Vsusque rerum primus , & successuum  
 Felicitate , agenda & in republica ,  
 Et ea tuenda in motibus grauissimis :  
 Quales tulere nulla quondam tempora .

Dotes ob has , bonas & artes plurimas ,  
 Quas habuit omnes vnus omnium simul ,  
 Vtriusque iuris primus in scientia ,  
 Et in sacrarum litterarum & rituum ,  
 Morumque , quorum vsus frequens in Gallia ,  
 Quos ipse nuper in ordinem rectissimum  
 Redegit , atque publicè vtilissimum :

Quid amceniores , quas amabat vnice ,  
 Addam Camœnas ? in quibus comis senex  
 Per feriatos otium recreans dies ,  
 Grauibus leuabat onusta curis pectora .  
 Quin Scipionis more , more Lælij ,  
 Quos scriptitasse dicunt versus comicos ,  
 Versus & ipse scriptitabat , sed graues ,  
 Plenos leporis & salis poëtici .

Tantisque totque rebus inquam ex optimis  
 Rarissimisque , sibi apud omnes gratiam  
 Summam pararat , nobiles , ignobiles ,  
 Ipsos sed in primis apud Reges , suo  
 Cuiusque tempore , Principesque Regios .



Nam quattuor sub Regibus vir floruit,  
 HENRICE te secunde, Regum maxime:  
 FRANCISCO & inde sub secundo, & CAROLO  
 Nono, Religio asserta sub quo vindice.

Denique sub hoc potiente rerum Rege te  
 HENRICE tertie, t'erque Regum maxime,  
 Et tres coronas qui feras dignissime,  
 Quarum duas fers, seruat vltimam tibi  
 Deus ipse certam, certa si presagia  
 Diuina sunt habenda, qua passim volant.

Talis senex, quo non Atridae charior  
 Pylus triseclus, raptus (heu) fato est tibi,  
 Cum luctu & Aula, & maxima vrbis maximo,  
 Sui relicta sempiterna memoria,  
 Curaque, desiderio & vrbis publico.

Sed hoc leuabit, qui superstes est gener  
 HVRA TVS, vnus instar amborum simul:  
 Qui patre vt orbus, cum socru, & cum coniuge,  
 Socerum Gener pijsissimis his lachrymis  
 Vrget THVANVM in hoc sepulchro conditum.

In eiusdem lachrymabilem obitum,  
 Paramythicum.

**F**RANCIA tota gemens, & prima Lutetia  
 sedes  
 Francorū, lachrymas de Præsidente sistite primo.  
 CHRISTOPHORVS non ille perit, non ille THVANVS  
 Vir tam sanctus obit: sed abit sollemnia nuper  
 Inuitante Deo sanctorum ad festa vocatus:  
 Premia vt accipiat diuturni digna laboris,  
 Sanctorum aucturus numerum per secla beatum.  
 Nec longè quærenda fides: probat exitus ipse



Tam celer & placidus, & qualis non nisi sanctis  
 Dilectisque Deo contingere dicitur olim.  
 Nam cum quinque decemque senex iam conderet aui  
 Lustra sui, à primis ad summos integer annos  
 Corporis, vt mentis ius inuiolabile dantis  
 Cuique suum: placida est sine sensu morte solutus,  
 Sic veluti leni post longa negotia somno.

Gracia nunc Cleobin, nunc iactet & illa Bitonem,  
 Quos non difficilis, placidoque simillima somno  
 Mors Superum ante aras vecta pro matre resoluit,  
 Materna vt ferrent meritos pietatis honores.  
 Tu quoque mater habes, quod iactes Gallia nati  
 In te CHRISTOPHORI pia facta, tuamque salutem.  
 Temporibus namque ille malis per caca viarum  
 Ipse suis te matrem humeris sine compare vexit:  
 Incolumemque suo postquam Regique Deoque  
 Reddidit, hinc demum tranquilla morte quieuit.

Non tamen ante suos quam fessi pondus, vt Atlas  
 Herculis, exciperet generosa mentis HVRALTVS,  
 Prima fides nostro, ceruix & proxima Regi.  
 Sed, quod vel prima numerari in parte beatum  
 Huic illique potest, miro velut ordine rerum.  
 Vno Rege ambo, per & vnum tempus vterque,  
 Iura socerque generique dederunt maxima Francis.  
 Alter in vrbe domi, Regalique alter in Aula  
 Integer integra vterque, fidelia fidus vterque.  
 Et quia tam similes reddendo in iure fuerunt,  
 Tamque pari pietate pares, dum vita maneret:  
 Nunc socer in genero functus superesse videtur:  
 Vt desiderium plebs hinc soletur adempti  
 Francica: virtutemque amborum agnoscat in vno.

IO. AVRATVS Poëta & Interpres Regius.





M. ANTONII MVRETI PRE-  
SBYTERI ET CIVIS ROMANI  
Monodia.

**H**Ormidata diu, qua Sol oriturque caditque,  
Gallia, præstantū genitrix fecunda virorū,  
Felix o, nimium felix, dum te vna voluntas,  
Vna fides iunctam concordie pace ligabat:

Nunc toties, miseranda, tuo madefacta cruore,  
Inque tuos sæuire coacta immaniter artus,  
Adde novos solitis questus, assuetaque pridem,  
Infelix, lamenta nouis vlulatibus auge.

Ille tui nuper iuris tutela T V A N V S,  
Quo se præcipue iactabant vindice leges:  
Cuius ab omnigena purum mercede tribunal  
Certus erat portusque bono, scopulusque nocenti,  
Deseruit terras. illa, heu, sacra ora quierunt,  
Quæ merito iuris poterant oracla vocari.  
Heu quonam illa abiit blando condita decore  
Maestas vultus? quo vis, quo copia fandi?  
Quo fugit illa viri, qua nunc vel maxime egebas,  
Spectata in dubijs toties prudentia rebus?

Aspice pullata marentem in veste senatum:  
Aspice primores populi: queis vulnere tanto  
Confusis, ferrique videntibus omnia pessum,  
Et sua cuique mouent & publica damna dolorem.

Quid populum proceresue loquor? fluit humor ab illis  
Ecce oculis, quos flere nefas, si vota valerent  
Publica. flet iuuenis, sceptro qui duplice clarus,  
Calum ipsum aspectu solet exhilarare sereno:



Nunc alio populi transfigit pectora telo.

Quinetiam ipsa comas capitis laniata verendi,  
Turbidaque & scissa incedens miserabile palla,  
Sancta sui exequias lacrimis Themis vrget alumni.

Scilicet humanis nulla est fiducia rebus.

Quid falsis fluxisque bonis confidimus? vni  
Certa fides caelo. fragili stant cetera sorte.

Omnia quae votis homines communibus optant,  
Contigerant vni: generis numerosa vetusti  
Stemmata, auum virtus, & opes sine crimine partæ:  
Forma decens, mistumque notans grauitate pudorem:  
Non vasti membrorum artus: sed firma potensque  
Compages vigilem crebro traducere noctem, &  
Assiduos studiorum innoxia ferre labores.

Vix signabat adhuc terra sola sat pede firmo:

Vix poterat certas audire & reddere voces:

Cum studijs illum ingenuis pia cura parentum  
Tradidit. ille animum discendi incensus amore,  
Impiger & curam doctorum, & praeuenit annos,  
Ingenio monitus non expectante regentum.

Qualis Thessalici pecoris generosa propago,  
Materno nuper depulsus ab ubere pullus,  
Nunc campis insultat ouans, nunc flumina tranat,  
Iamque ad Olympiacos audax proludit honores.

Ergo illum Aonides bifidi per culmina montis  
Apprensus duxere manu. tum vertice ab vno  
Monstrarunt puero veteris decora ardua Romæ:  
Et tenera Arpinis lauere liquoribus ora  
Non semel: atque auidas lustrarunt sapius aures  
Mantoaque tuba, & Venusini crummate plectri:  
Et quos praeterea tulit Itala terra poetis.

Inde aliud sacri montis petiere cacumen



Tramite non trito, liberrimus vnde patebat  
 In Graios prospectus agros, quos larga perenni  
 Copia vestitos & fruge & flore coronat.

Hic plena Hyblæo populans aluearia melle,  
 Condidicit miram magni Demosthenis artem,  
 Miratus tonitrus, & non imitabile fulmen:  
 Miratus patrias cingentem mœnibus arces,  
 Et cum Pellæo ducentem bella tyranno.

Te quoque Mæonide grandi audiit ore canentem  
 Pelidaeque iram, reditumque sagacis Vlyxi,  
 Veraque sub specie miscentem plurima falsi.  
 Addidit his quoscunque alios vetus extulit Hellas,  
 Qui simul & iucunda docent & idonea vita.

Mox maiora agitans, Academi inuisere silvas  
 Instituit, celsique simul spatia alta Lycei:  
 Non ut quæ tenebris mundi sator abdidit altis,  
 Frustra ea conquirens, studio indulgeret inani:  
 Verum ut quæ scriptis vitæ præcepta regendæ  
 Mandassent illi, quorum sapientia clara est,  
 Fontibus hæc nitida & sincera hauriret ab ipsis.

Prima inuenta genas iam flore vmbabat opaco,  
 Cum signata legens patrijs vestigia plantis,  
 Sic præcultum animum grauioribus applicat orsis:  
 Et Romanarum sinuosa volumina legum,  
 Spissum opus, aggreditur vigili peruoluere cura.  
 Quod per iter cum alij longis ambagibus errent,  
 Et labyrinthis anfractibus impediuntur:  
 Hic quasi per planum directo tramite currens,  
 Anteuolat comites: nec tantum equalia transit  
 Agmina, sed canos linquit post terga magistros.

Talem Græca obijisse olim certamina Ladan  
 Fama refert, primo qui vix e carcere missus,



Fallebat spectantium oculos, metamque tenebat.

Postquam aetas matura viro: iamque ardua tempus  
Munera tractare, & doctrinam ostendere factis:

Ad defendendas primum hunc facundia causas

Deduxit: clypeumque reis in fontibus unum

Mortifera inssit fera tela repellere lingua.

Semper sponte sua petit vltiora, sibi que

Ipsa viam meritis facit ad sublimia virtus.

Ante alias quascumque opulenta amplectitur vrbes

Gallia, tam longe caput vna Lutetia tollit,

Ardua quam superant humiles pineta genistas.

Nec vero indecores alia: sed Luna minores

Obruit vt stellas, fraterna vt lumina Lunam,

Sic decus omne aliarum hæc collata vnica delet.

Hic sibi iam pridem sedes Astrea locauit:

Marmoreum hic illi templum, laqueat aque tecta

Sumptibus immensis reges statuere vetusti.

Quo bis centeni, lectissima pectora, patres

Conueniunt, quot eunt soles, mactantque verendis

Rite deam sacris, & certo fasque nefasque

Fine regunt, ipsaque afflante oracula reddunt,

Consilioque suo regni moderantur habenas.

Hos inter primo ipsa loco dea magna TVANNVM

Collocat: & nostri princeps, ait, ordinis esto.

Ille dea imperium, folio sublimis eburno,

Exequitur, pœnasque viris & præmia ponit.

Nec mora, diffugiunt fraudes, fugit improba longe

Gratia, quæque auidas peruertunt munera mentes.

Nil odium, nihil ira potest. discrimine nullo,

Nobilis an plebeius, inops an diuite censu,

Solus, an hinc illinc magnis stipatus amicis,

Consequitur ius quisque suum: trutina omnibus æqua est.

Viginti



Viginti totos ita iuri præfuit annos,  
 Vt nulla interea macula violauerit ostrum  
 Quod semel induerat: non tantum criminis expers,  
 Sed neque suspectus cuiquam, tactusue querela.

Non talem patiens sortita est Sparta Lycurgum:  
 Quãquam illũ, ambiguus diuumne hominemne vocaret,  
 Mox potius diuos inter numerauit Apollo.

Neu nostro ante suum ferat Attica terra Solonem.  
 Ne ve suum Minoa, tui quæ Iuppiter vna est  
 Conscia vagitus & conscia Creta sepulcri.

Obtigit has inter, dictu mirabile, curas  
 Firma valetudo, & nullis obnoxia morbis,  
 Atque inconcusso decurrens vita tenore:

Non vulgare Dei munus simul, & simul ingens  
 Compositi argumentum animi. nam turpiter acta  
 Vt celeres ducit canos florentior atas,

Et parit informes morbos, agramque senectam:  
 Sic senium iuuenile seniliter acta iuuentus.

Sed nihil in terris stabile æternumue putandum est.  
 Omnes incerto nos ordine certa manet mors,  
 Æternum aut miseros, aut effectura beatos.

Vt matrem annosam iam mitia poma relinquunt  
 Sub finem autumnii, contactaque frigore primo  
 Sponte petunt terram: nitidi vt flos aureus ignis  
 Deserit arentem, consumpta Pallade, lychnum:

Sic agros senio & vitali humore carentes  
 Deseruit mens sancta artus, calumque petiuit.  
 Verte age Musa modos, vultusque resume priores.  
 Dicamus bona verba. nefas lugere beatos.

Mitte superuacuo contundere pectora planctu,  
 Et lacrimarum imbrem populosa Lutetia siste.  
 Ille tuus præses, flammantibus additus astris,



*Credita iam cernit, sperataque gaudia carpit,  
Nec veterem tamen erga te deponit amorem.*

*Nec vero est, quod te desertam orbamue queraris.  
Quid dubitas? viden ut patrios renouarit honores  
Crudus adhuc aui, primoque in flore iuuenta  
AVGVSTVS, tanti spirans genitoris imago?  
Hoc tu unquam incolumi, tibi fas lugere putabis?*

*Cerne duos etiam generos, duo sidera regni,  
Conspicuum cunctis excelsa e sede PHILIPPVM,  
Regia firmantem impresso decreta sigillo,  
Aut rescindentem, si quid vel gratia pellax  
Elicuit, tantoue oppressum pondere rerum  
Effugit regem, iusto quod pugnet & aequo.*

*Quique meis olim fecit stipendia castris,  
Dum saltus sequitur Musarum, HARLAEVUS A-  
CHILLES:*

*(Nec leuis a tali mihi gloria surgit alumno)  
Qui patris & soceri vestigia pone secutus,  
Æquatos titulis, prope iam virtutibus æquat,  
Maiora assidue spondens: tantum instar in illo est.*

*Muretus, dominae iam non nouus incola Romæ,  
Hæc AVGVSTE tibi mæstæ solamina mentis  
Dum meditor, nomenque tuum, nomenque parentis  
Sape tui grato reddit mihi murmure Tibris,  
Et septem gemini resonant mea carmina colles.*





IO. PASSERATII IN CHRIS-  
TOPHORI TVANI V.C. ET PARIS.

Sen. quondam principis amplifs.  
obitum, carmen.

Ad IAC. TVANVM ÆMERIVM eius F. V. C.  
& in eodem Sen. Regium Consiliarium.

**N**VNTIAT extinctum absenti cū fa-  
ma parentem,  
Quis tibi, Nate, dolor? quā seui in pecto-  
re luctus?

*Haud aliter Drepani tristes delatus in oras  
Amissum Anchisen fleuit Cythereius heros.  
Sed certè hoc melius patrij quòd tempore leti  
Abfueris: namque agra minus mens ic̄ta per aures:  
Acrius ex oculis venit in præcordia vulnus.  
Crudeles superos, properat àque pensa sororum,  
Mitte queri: non morte tibi præreptus acerba,  
Quindecies quinas cui dextro pollice Clotho  
Neuit Olympiadas: facili qui numine diuūm,  
Occubuit fatòque suo, fatòque cadentis  
Imperij: cū nulla seni prædiceret ales  
Tarpeio cecinit quod quondam è culmine Cornix.  
Parce pio gemitu, manes nec lade sepultos.  
Quæ viuo functòque patri speranda fuerunt,  
Abstulit, & placida secum nunc seruat in vrna.  
Insignis Phæbi folijs, & fronde Mineruæ,  
Adfuit egroto Princeps, dulcique iacentem  
Solata alloquio magni facundia Regis:  
Vna decem lustris vni carissima coniux,  
Frigentēque sinu fouit, supremāque fixit  
Oscula, relliquiāsque animæ collegit euntis,*



Languiduláque manu fugientia lumina pressit.  
 Quid memorem exequias, & flebilis agmina pompa,  
 Desertúmque forum, desolatúmque tribunal?  
 Orba sui decoris cùm duxit Curia funus,  
 Planxit eques, plebs ingemuit, lugubria sumpsit  
 Ordo triplex: istisque viam implere querelis.  
 Nunc demum è terris Astrea nocentibus exul:  
 Aetheriósque iterum migrat sublimis in orbes,  
 Dilecti interitu longùm dolitura **THVANI**.  
 Hei mihi: praesidij quid praeside perdit in illo  
 Gallia? quod regni columen Mors impia fregit?  
 Scilicet haec damnis deerant incommoda nostris.  
 Hoc ita caelicolis visum, bona tanta, tot artes,  
 Inuitæ vt rapiant abrupto stamine Parca?  
 Ecquis in angusto sic pendet iura Senatu,  
 Lancibus aequatis, parilique examine libra?  
 Indomiti errorem vulgi, morémque vagantem  
 Latius, adductis quisnam reuocabit habenis?  
 Pauperibus iudex, iudex locupletibus idem,  
 Propositi rectique tenax: litésque diremit  
 Tam certa integráque fide, quàm fixus in agris  
 Terminus immoto dirimit consinia saxo.  
 Implicitas caussis fraudes, fecunda malorum  
 Semina, vt Argolici ceruices contudit anguis.  
 In vultu & verbis grauitas condita lepore.  
 Spes, metus, ira procul, medicat áque gratia fuce.  
 Vel minimo patuere aditus aurésque clienti.  
 Mente memor, celer ingenio, si posceret usus,  
 Promeret innumeris exempla recondita chartis,  
 Præteritque simul gnarus, prudénsque futuri.  
 Immeditata loqui si prorrsa, aut vorrsa liberet,  
 Alpino præceps rueret ceu vertice torrens:



Si labyrinthos per legum incedere flexus,  
 Cæca hic Dædaleo regetur vestigia filo.  
 Parcus erat somni atque cibi: patriæque inebat  
 Irrequietus amor vigilas impendere curas.  
 Quippe ubi prolatis rediissent otia rebus:  
 Aut ubi seuirent dira contagia pestis,  
 Vix illi est studijs breuis & furtiua voluptas.  
 Maius enim repetebat opus, nec ruris amœni  
 Secessu vrbanum poterat lenire laborem.  
 Imò inter belli strepitus, sonitusque tubarum,  
 Transuersos ageret fera cùm Discordia ciues,  
 Cuncta mouens rabidis vt ne toga cederet armis,  
 Primus adesse Patrum, postremus abire solebat.  
 Qualis, vt intumuit subita maris vnda procella,  
 Dum trepidant turbantque alij, celsa vsque magister  
 Puppe sedet, clauoque, etiam nocturnus, inheret.  
 Clarior huic virtus claris maioribus orta:  
 Stirps antiqua domus, & aui celebrantur auorum:  
 Nec generi census Fortuna inuidit honestos.  
 Non luxu infamis, non sordibus horrida mensa:  
 Conueniens victu nituit moderata supellex.  
 Vtique animi infractæ vires, sic corporis ingens  
 Robur; & antè dati metas quàm contigit aui,  
 Egerat expertem senij morbique senectam.  
 Fortunata virum genuit quæ Gallia talem!  
 Quæque suum gremio complexa recepit alumnus,  
 Legiferæ Tellus memorabitur æmula Cretæ.  
 Siste igitur gressum, quicumque adueneris, hospes:  
 Ac, si prisca fides curæ, si pectore puro  
 Fasque piùmque colis, Manes venerare Thuanij,  
 Funde nouum calathis Nectar, cinerique beato  
 Inferias mittens, sollempnia concipe verba.



ÆTERNVM HIS MANEANT BENE CON-  
DITA SEDIBVS OSSA;  
PVRPVREISQ. ROSIS TVMVLO VER-  
NANTE QUIESCANT.

*At tu, quem miseri falsò lugemus ademptum,  
Fratribus, & Natis, & lecto flore Nepotum,  
Et Generis, verè felix; tibi que ipse superstes;  
Nil iam lucis egēs, mistus candentibus astris:  
Egregias animas illic vbi lacteus ambit  
Circulus, & densos voluit polus arduus ignes.  
Hic quoque laude viges, neque te ventura silebunt  
Sæcula, sed meritæ referent præconia famæ:  
Mœnia dum stabunt Paridis de nomine dicta:  
Ceruleisque tuam dum fluctibus alluet urbem  
Sequana, & æquoreas liquido pede curret in vndas.*

## ELEGIA.

**S**I QVIS adhuc hospes nostrum videt ordi-  
ne longo  
Funus, & atratos pectora mœsta Patres:  
Ne tantum pompam, nec nos miretur ab illa.  
Exequias meritis æstimet ille meis.  
Magnus ego magnis orior: neque nunc mihi primum  
Quæsitæ nosci contigit inter opes.  
Debeo naturæ, quod non casuue, neque vllis  
Fortunæ possum clarior esse bonis.  
Me sibi iuridicæ toga vindicat vna Mineruæ,  
Et rerum domini gloria prima fori.  
Non tamen & temere tantas accingimur artes,  
Nec terimus vulgi praua sequentis iter.  
Nec vos polluimus sanctæ meæ numina leges.  
Attulimus puras ad sacra vestra manus.



*Interdicta viris, nisi quos doctrina vocavit,  
 Irrumpit legum limina sacra puer.  
 A tirocinio linguae, primisque magistris  
 Protinus ancipitis transit ad arma fori.  
 Hinc fouet infantes prudentia iuris alumnos:  
 Munia abortiuus summa Senator obit.  
 Dij melius, nostrae quod non pertesa iuuenta  
 Erudit sensus curia prima meos.  
 Exactos legum mea mens spectata per usus  
 Emendata bonis cultibus ante fuit.  
 Quicquid in aeternis positum memorabile chartis  
 Historiae veteris copia diues habet,  
 Quaeque per annales priscos aut Graeca vetustas,  
 Magnarum aut rerum conscia Roma notat:  
 Tum linguae studium Varronis sacra disertis,  
 Romani eloquij quaeque tumentur opes:  
 Cuncta mihi percepta prius, quam audere viderer  
 Nauta per ignotos velificare lacus.  
 Nec blandas spreui commercia mollia Musas.  
 Quin metis spatia haec prima fuere meis.  
 Languet in incultis animis prudentia legum.  
 Sensibus instructis acrior illa subit.  
 Hinc me Romani deuotum iuris alumnum  
 Excipiunt Themidis sacra verenda Deae.  
 Vix his egredior, mox me Palatia poscunt.  
 Conuenio miles ad mea signa frequens:  
 Fungor honoratis vicibus, celebrisque per omnes  
 Militiae exercet me toga docta gradus.  
 Et, quod nota forent mihi summa negotia, magnis  
 Principum amicitijs publica cura fui.  
 Summus apex restabat, & ipsis proxima Diuis  
 Quae claro fulget purpura prima loco.*



Emendicata non hanc suffragia vocis,  
 Non magnas vincens ambitus acer opes,  
 Gratia non expressit. in affectata supremus  
 Virtuti magnæ præmia pendit honos.  
 Non sine Dijs probitas grassatur ad ardua rerum.  
 Non leuis est summi conscia causa gradus.  
 Culmen ad hoc patuit via moribus. huc mea virtus  
 Me vehit. hæc rexi signa vocante Deo.  
 Quemlibet obijciat nobis annosa vetustas,  
 Cuius adhuc laudet fama tribunal anus,  
 Et graue iudicium, siue eius, qui mouet vrnæ  
 Quæstor Minos, Æace siue tuum:  
 Omnia concedent iuri subsellia nostro,  
 Iustitiæque erimus lex imitanda noua.  
 Sæcula Saturni, priscumque reduximus aurum  
 Iudicijs. Themis est ore locuta meo.  
 Vos conscriptorum collegia seria Patrum  
 Testor, & auspicijs Curia recta meis:  
 Ecquando auditum nostra vel labe, vel villo  
 Crimine tot proceres erubuisset nouo?  
 Quæ mea calcato sententia missa pudore  
 Imminuit vestra iura seuera togæ?  
 Quis nos vindictæ cæcis caluisse notauit  
 Motibus, obiecto vel tepuisse metu?  
 Quis lentum vidit? Miserorum vota clientum  
 Euentu dubij pendula sæpe fori  
 Non fauor elusit, non improba gratia vicit,  
 Non frustratrices detinere moræ:  
 Non mala fraus, & iuris inextricabilis error,  
 Non legum in dubias compita secta vias.  
 At longæ ambages lites ex lite propagant,  
 Et fraus successit fraudibus arte mala.



Ab valeat quaecunque via compendia nescit,  
 Pragmaticis nullum ponere docta modum,  
 Sed male iudicium differt, ac surda moratur  
 Non exorata curia clausa sera,  
 Dignior ignaras equi qua temperet vrbes,  
 Ponat & in Scythico barbara iura foro.  
 Sedulitas vna est clementia iudicis equi.  
 Sæuitia est quicquid cessat ab officio.  
 Ille moras legum, & iuris retinacula rumpat,  
 Sedulus exemplo qui volet esse meo.  
 Hactenus excubie populi. priuata supersunt  
 Munia, & instructæ sedula cura domus.  
 Non mihi consciui maculam, qua nomen, & ipsos  
 Fama meos mores decolor vlla notet.  
 Non lucrum velox, quascunque relinquimus, auxit,  
 Vita sed excultas sobria parsit opes,  
 Quas pater, & generis series longissima prisca  
 Liquit, & aproauo missa potente domus.  
 Otia Musarum curas mulsero forenses.  
 Perfugium studijs illa fuere meis.  
 Pura valetudo nullis pulsata procellis  
 Semper inoffenso functa tenore suo est.  
 Curricula extremæ permensum longa senectæ  
 Occupat optato sine beata quies.  
 Mors quoque laudata est. gemitu lacrimisque Senati  
 Efferor, & populi teste dolore fruor.  
 Hac series vitæ. manibus da lilia plenis  
 Hospes, & exequijs fausta precare meis.  
 At tibi contingat votorum summa tuorum.  
 Si sic vixisti, sic potes ipse mori.



Q. SEPTIMII FLORENTIS  
CHRISTIANI

ARAE THV ANIAE.

ΧΡΙΣΤΟΦΩΡΩΙ ΘΥΑΝΩΙ ΕΙ-  
ΔΥΛΛΙΟΝ ΕΠΙΤΥΜΒΙΟΝ ΠΡΟΣΦΩ-

νητικόν, πρὸς Γέτρον τὸν Ρώνθρδον  
τὸν πόλυ ποιητικόν.



ΕΤΤΑ γέρον μούσας φίλον κέρα, δάφνι-  
νον ὄζον  
σεῖε πέπον Ρώνθρδε, σὺ γὰρ κελτοῖσιν Απόλλων

ἔγρεο δὴ καὶ κροδε λύριω, καὶ πάτειον ἦχῳ  
ἑλλαδικῆς καὶ ῥωμαϊκῆς ἐφάμιλλον ἔχρα,  
μηδὲ φέρις χρυσῶ πρέπον ἔνδυτον, ἢ γὰρ ἀποφραῖς  
πένθιμος, ἔννατον ἢ μὲν ἀποχρημάσιο Θυακοῦ,  
τὸν Θέμις ἀιάζει, πενήτῃ δὲ τε πόρτα δίχμα.

ἔνέμεσις θρηνεῖν εἰ καὶ Θέμιν ἴκετο πένθος.  
ἀλίνα νῦν σοναχεῖ, βουλή τῆς ἀρχὸς ἐκεῖνος,  
καὶ δῆμος πόλεων καὶ δήμων λαὸς ἀχρῆικων  
τοῖς ἴσυνε νόμοις ἦρωσ μάκαρ ἐνδίκαι κοσμῶν.  
ὅσα ἀδελφὸν βούτης μέλος, ἔλυτιέρσην  
ὑβὸς ἀμαρροδέτης, ἕνιν ἢ ἰσοδρῆς, ἰμῆιον  
ἀντιλητῆρ ἀγετεῖς τ', ἔδμοις ὑμνος ἴσλον  
ἔνεολαία χροῖν πρὸ πασάδας ἐντιύσσαι.

ἔνέμεσις θρηνεῖν εἰ καὶ Θέμιν ἴκετο πένθος.  
πᾶσαι τῆν γλυκερῶν μούσων λήγρισι, πικρῶν δὲ  
ἀχρῆικων τοῦτος μῆγετῶσιν μέρμερον, ἀπῶσ  
κλήσιν ἔχον, ἄχα νῦν ἴατον, ἄχ' ἰάλεμον, ἢ καὶ  
τ' καλέσ' ὄλοφυρμὸν ἐπεὶ τέθνηκε Θυανός.

ἔνέμεσις θρηνεῖν εἰ καὶ Θέμιν ἴκετο πένθος.



πᾶ μοι βυνομίη τιλὸν καὶ Θέμις εἶχε πρῶτον  
 εἰρήνη τε; μά τι λυγρόεσσιν κικλίδες αὐτῆς  
 ἔσπορδύας τὰ τῆ μβω ἀδωροδύκιο δικαστοῦ,  
 ἔνθεν ἀπιπλάμηναι καὶ ἐς ἕρηνον ἐντυπᾶς ἴχρος  
 ἀφῶρον γέμηναι μέροπας φβύροισιν ἀγίθεῖς.

αἴποτε Χειροφόροιο Ἰθνήιδες ἰθυντεῖραι  
 Ἰρέμμαλι ὦ μονονέκ στυαποθήσχοισι γέαιμαι.

ἕνέμεσις Ἰρηνεῖν εἰ καὶ Θέμιν ἴκετο πένθος.

ἢ Θέμις ἢ μὲν γλῶ μαντεύσατο καὶ μὲν νύκτα  
 παρὶν μὲν ἀφᾶρ δελφῶν ἀπενάωσατο καὶ παρθεῖβυλεν  
 κελλικὸν ἐνναῖην πέδον ἐν φρεσκόισι δρυφάκτοισ  
 ὀρθὰ δικάζοντι παρθεῖβυ γαίρυσσα Θουανῶ,  
 τῆμος δὲ φρεσκόων φάος ἰὼ μέγα καὶ κλέος ἀπύ.  
 νῦν δὲ σιδηροδύκας καὶ νύκτερα γῆς θεομυσεῖ  
 φάσματα μισήσασα Διὸς μετεκίαθεν ἔδελω.

ἕνέμεσις Ἰρηνεῖν εἰ καὶ Θέμιν ἴκετο πένθος.

ὡς ἢ Θουανὸς ἔδου δηαῖδος οἶκον ἀτερπῆ,  
 ἀψά κε τοι σκιοῖς ἐνέρων τάρβησεν ὄμιλος  
 ὡς ἴδον, ὡς ἔομέοντες αἰετήσμετο δικαστῆ  
 Μίνως καὶ Ραδάμανθυς ὁ τ᾽ Αἰακός· οἶα δὲ αἰχῶν  
 φοῖβος ἀφαιροτέρων ἀμάθηνεν ὀμάγνην ἀστρων,  
 ὡς σύγκλητον ὄλλω ὁ μέγας συγκληλικός, ἠδὲ  
 βυλβυταῖν ὑπατος νέκως ἠμσώρωσε Θουανός.

ἕνέμεσις πενθεῖν εἰ καὶ Θέμιν ὄγρης ἴχασε.

ἦλθέ τ᾽ ἐς Ηλυσίων κλίτους ἀμπαυμα δικαίων  
 ἦχι γέται φύλακές τε νόμων, παρυτμύδες τε καὶ ἄρχοι  
 αἴσια σημιλώαντες κ᾽ οὐποτε ψηφοκλέπται,  
 ἦχι γέρων Ξένιος Μιχαήλ ποτὲ κελλικός ἀστῆρ  
 ἠμετέρες ὠρθωσε νόμοις, ἔλμησε ἢ τῆτο  
 παρθεῖβυ θανῶν ἔσφ οὐκ ἔξω ὀπωῆμος ἔτ᾽ ἔζη.  
 ἀφῆσας δὲ Θουανὸν ἀπειξήσασαζετο, γαίρην  
 εἶπας πολλὰ τὸν ἀνδρα καὶ ὀλβιοδάμωνα λέξας



πολλὰ γ' οὐδέκα, ἔκελτ' ὅτι θοδὸν ἐνυῶ,  
 τίω τε διχοστασίω ἐμφύλιον, ὅσα τ' ὀφέλλῃ  
 ὀφθαλμοῖς χλιδίω, αὐγάζην σέκετ' ἔμυγε.  
 εἰ δ' ἄρ' αἰοιδὸς ἔλω καὶ μαύρις ἐτήτυμα βάζων  
 ὁ Ξένιος, τὸ καὶ δὲ ἐπέων ρέα τεκμήραιο,  
 ἔθρλωθ' ἡμίς δ' ἄδρα μακάρτα τ' ἐν δῖος ὄντα  
 δακρυόφς βίος σῶτ', ἀδάκρυτοι δὲ θανόντες.  
 ἔσε θανόντα μάκαρ πειθήσομεν, οἱ ζῶσι ἐσμέν,  
 μάλλον δ' ἡμετέρας ἄτας καὶ λυγρὰ οἰζὺν  
 δακρυόμεν, σὺ γὰρ ἄμμες ἀμηχανέοντας ἔθηκας  
 οἰζὺν μὲν ἄρ' ὡς μῆλα νομῆος χωρεῖς ἔόντα  
 ἀσπερχὲς βληχᾶ, φοβέει δέ τε μὴ λύκος ἐν δῆ  
 ἀσπερσίδης σφε νομῆς καὶ ψυχῆς ἀπὸς ἀμείρων,  
 ὡς ὀάρεσι σέο διζέμενοι ἔδ' ἄξιον ἀγέαρ  
 σῆς ἑφίης, καὶ πολλὰ βροτῶν ὀλοφάια σῆν  
 ἀμφιπερπασιάνοντες, ἐς ἔρανον ὄμμα κατηφές  
 βάλλομεν σέο ἀδάκρυτι τεὸν κλέος ὀλβίζοντες.

## ΘΡΗΝΟΣ.



Ἰζημα λυδῶν δακρυόεντα μῆνη,  
 δίζημα ἢ νόμοις οἴκε λέγωσιν ἔ' ἔ,  
 δίζημαί τε λόγους οἴ κεν ἰδῶντο νόσον  
 τίω κραδίη θρῶων ἀνὰ Θουαῖον ἔχω,  
 κελικὸν ἀμφιγαφοῖς ἀγέρε Λαθυκείας,  
 κρείττονα βασκανίης, κίονα τ' ὕσεβίης,  
 σερρόν Ατλαῖα δίκης, ἴντε νόμων κέρμονα.  
 σὺ δ' ἀκροεσοτάτους πατεῖς ἀπασα γούσι  
 βωρεῖ καὶ πενθεῖ ἀϊσμελόντα θεοῦ,  
 ὡς ἀφαρ ὄνα φίλης νήπια τέκνα Ἐσφοῦ.  
 νῦν γε κατηφείη πᾶσιν ἔδησε φύσιν,  
 κόσμος ἀέσμα βρέμει, τῆν χαρίτων ἢ χάρις  
 σὸδεμία, μδοσα σέκετι δ' ὑπλόκαμοι.



νῦν ὅτ' Ὀλυμπον ἔβη κειροχρῆφος ἀνὴρ,  
 ἔδ' ἄρετῆς ἐρατὸν βούομα νῦν τελέθῃ,  
 πᾶς δὲ σοφὸς ἄφρων, πᾶς τε δίκαια φρονῶν,  
 ἔδακρυόισι μόνον τῷ νόος ἀκρόπλοος,  
 ἀμπλακιάδ' ἐνεκεν τοῖ φοβέοισι δίκην.  
 σοδὲ σὺ γ' ὦ ἦρωσ ὦ ἀδέκατε κριτᾶ,  
 σοδὲ ποτ' εἰς παρθέτης δῶρον ἀσελγηχρῆς  
 δαίτης χαίρης μάλλον ἐπαυρόμηνος  
 χριστιανῆς, κῆρὰ δάκρυα δῶρα φέρω  
 ὠνυμα θεῖον ἔχων παρ' φορέοισι θεῶν.


### Α Π Ο Θ Ε Ω Σ Ι Σ .

**Α**ΡΧΑ τὴν ἀνδρᾶ δεῖξεν, ἐπιτά τις Ἐφῶν  
 πάλαι ποτ' εἶπεν, τοῦ μπαλιν δ' ἐμὸν δοκεῖ  
 τὰς τῶ Θουαροῦ παρσελέπονι παρξίας  
 παρσοπαρσέρου ἀειζέος συκλιητικῶν,  
 καὶ ὕσα ραοὺς δὲ ἔοργε κελικεῖς  
 φέρων τὰ χρεσά, κλησιν ὡσπερ ἔνθεον,  
 φιλαὶν δίκαια, μισίων τὰ μιλύδικα  
 θεῶν γὰρ ἄρχα δεῖξε, καὶ θηοῖς δίκην  
 ἔδωκε θεσμοῖς τοῖς βροτοῖς ἐαδῶτας,  
 αἴης δ' ἐγείρας κελικῆς Ηρακλέα  
 φέροντα ζῆλὸς ἀνθεμόχρυσον σάκος,  
 ἀρβὴν δίδαξε φασιμάτων σίνη λυγρᾶ  
 ἀνηγες οἴω, ἀνδρῶπος ἀνδρῶπω θεός.  
 τοῖ δ' Ηρακλείτη καὶ σοφὸν καὶ μὴ Ἐφῶν  
 φαίνοισιν ἀν πωσ. οἰσὶν ἔνθα καὶ θεοῖ  
 καὶ ὦ Θουαροῦ θεῖος σὺν ἐμὸν δοκεῖ,  
 σὺν ἐμμορ' οἴτ' σοδὲ τῶ κρινοῦ λόγου  
 τιμὴν λάχεν γὰρ θεῶν ἐκεῖνος· ὡς δὲ ζεῖς  
 κατητέριωσεν τῶ ἀμαλθεῖαν Ἐφῶν



Ἐποδοὺς ὄλυμπον εἰς χεῖρ Δρεπνέων,  
 ὡς τ' Ουανὸν γνοῦσα κηδεστὴν εἶον  
 Ἐφόν τε, Θέμιδος Δρεπλὸν ἀγράμην Φυγὰς  
 παρθέμιζεν ἀγροῖς ἀνίτιμον εἰς χεῖρ.  
 καὶ θαῦμα γ' ὄσδεν, εἰ τὸν Ἐρχὴ δαίμονα  
 ἔδξζε, Φαίφ' ἠὲ τέλος κ' Ὀδαίμονα.

IN DIVVM CHRISTOPHO-  
 RVM THVANVM AXAMENTA.


**Q**UOD filet omne forum neque commutan-  
 tia tollunt  
 Verba rei, actores, causa cecidisse videtur  
 Damnariq; nouo squallēs mœrore tribunal:

Quòd mussant plebs atque patres, omnisque repente  
 Ordo vacat lachrymis, non ficto publica claudit  
 Res luctu, ut turbata Numam quum Curia fleuit  
 Pompeiùmque equites atque omnis fœmina Brutum.  
 Quin, mirum, aula pia est, nec tanto in vulnere fortis  
 Esse potest, Reges fata ipsos nec sua tangunt,  
 Haud temere est, quid enim diuini morte THVANI  
 Mœstius aut Gallis damnosius accidit vnquam?  
 In luctu quaedam est pietas nonnullaque virtus  
 Quamquam elugetur: sic censeo, Musa, parentes  
 Componens lachrymis abeuntis corpus amici  
 Præter si nequeas aliter, si encomia desint  
 Et dignum laude in vita nil fecerit ille.

Diue Thuanorum celeberrime, nomine monstrans  
 Rêque Deum, laudum seges est tam densa tuarum,  
 Tot tua facta manent magna atque illustria, ut illis  
 Ritè celebrandis etiam suffecerit infans  
 Materiam quiuis: patet illa & peruia cuique est



*Instar fontis aquæ quam publicus accipit usus.  
Hinc ego depromam ceu plebs homo, si mihi tantum  
Phœbus adesse volet, numerosque adiurit & artem.*

*Tu potius nostras Diue auge in carmina vires  
Qui caneris, neque nequidquam te Phœbus amauit,  
Aut eduxerunt altellum ad iura Camœna:  
Scilicet illa tuæ celebris facundia linguæ  
Curauit numeros per vatum exercita leges.  
Verùm prima togæ virtus fultique solutis  
Eloquij pedibus, quo primum clarus & ingens  
Egisti haud humiles causas, sed Regius esse  
Patronus meruisti olim, centumque probasti  
Iudicium mentemque viris, ac sæpe inuasti  
Consilio magnum nec tantum voce Senatam:  
Mox fasces cessere tibi primæque curules,  
Nec tamen ambisti: ac veluti te nulla patrono  
Causa cadit, sic nulla tui vel rara querela est  
Iudicij, ne iusta quidem si forsitan orta est.  
Nec dubium est quin in regni bicoloribus armis  
Ardua res fuerit sine suspitione placere  
Partibus utrisque, ab pariter diuersa secutis:  
Sed tu festinans tantas componere lites  
Atque iras inter Pelidem atque inter Arridem  
Nestoreus iudex nullis inuisus, amatus  
Omnibus egregiam funesto ex tempore laudem  
Iure reportasti, ipso etiam inculpatus ab hoste  
(Afficere hostili si fas est nomine ciuem)  
Qui te flens cuperet porro vixisse, Catone  
Quippe libens, etiam contentus viueret isto.  
Et meritò, nec enim quisquam seruantior æquii  
Alter erat, iurisque modum qui sciret & usum,  
Rectius aut leges melior sancire rogatas*



Et ferrum mulcere toga, magnasque secare  
 Res sepe, & raro summo decidere iure.  
 Quid memorem ingenij dotes animique potentes  
 Diuitias aliorum omne obtudentis acumen?  
 Quam vigilans, promptus, memori quam mente vegebas?  
 Sive Bonum factum dulcis prefata loquendi  
 Maiestas populo trepidante edicta referret,  
 Seu scissum arbitria & studia in contraria, totum  
 Inciperes singillatim numerare Senatum?  
 Nec deerat Fortuna tibi, diuesque beatis  
 Pollebas opibus, sed auitis atque relictis,  
 Quas tamen adiuuit proba mens, labor improbus auxit,  
 Quamuis tot meritis cedat mensura bonorum.  
 Nec genus obscurum fuerat, sed luce nepote  
 Vincitur, & vestri qui sanguinis vltimus auctor  
 A te ortum & lumen potuit sumsisse videri:  
 Nobilitas praemissa retro est, tua postuma virtus  
 Nomina maiorum fecit maiora tuorum.  
 Victor & ipse tui es, nam quae tibi munere diuum  
 Bisgemina est soboles, atque indole digna patriva  
 Maius aget lumen, nihil vt decedat honori  
 Inde tuo, merita haec tua sunt, tibi gratia tota est.  
 Filius Augustus magni pars docta Senatus  
 Non solum proprijs reparat virtutibus annos  
 Amissi nuper fratris, pius ipse paternos  
 Procludit. Quod si lachrymis componere amatam  
 Canitiem, tantaeque animae legisse supremum  
 Non licuit frigus, dum Regis iussa capessens  
 Turbida Aquitani componit iura tumultus,  
 At certè ex Musis struit immortale sepulchrum,  
 Hoc est vitalem mortem facit: alma refertur  
 Gratia sic, nati pietas reciconiat: vnde



Tu felix pater es, felix tamen & socer, utque  
 Ille sui quondam Phœnix consultor Achilles  
 Laudatur, sic te gaudet successor Achilles  
 Phœnice, ipse olim in nomen Phœnicis iturus,  
 Et te præsidibus reparare nepotibus ardens.

Sic ô sic faciat, viuat longæuus in vsum  
 Et patriæ & Regis, soceri non degener heros.  
 Ac velut octonum trepidarunt condere lustrum  
 Fata tibi, Deus illi etiam sic proroget æuum,  
 Sic natôque tuo, cuius percussus amore  
 Ingenti has aras Florens tibi Diue sacraui  
 Ter ternas varijs numeris & voce trilingui,  
 Quas similis voti damnatus adibo quotannis.  
 Interea nos te Diuum indigitabimus omnes,  
 Përque tuas grati nunquam cessabimus ire  
 Virtutes, ut ad hæc exempla petitor honorum  
 Decurrens stadio Themidis desudet aperto,  
 Et meta quam tu tetigisti feruidus instet.

## PERVIGILIVM THVANI.

**R**Xuat turpem veternum, pervigil sit Gallia,  
 Excubantem quum Thuanum pressit æternus  
 Sopor,

Desijt qui viuus esse, Diuus esse cepijt.  
 Ipse nuper norma Recti, grande Iuritis decus,  
 Legibus priscis regebat vniversam patriam  
 Liberè antè dormientem, subque custode otium  
 Dulce tam cato fruentem, nunc sepultam diceres  
 Mæsta morte præut huius est Senati Principis,  
 Iura quo dicente nunquam est additum iuri scelus.

E



Exuat turpem veternum, peruigil sit Gallia.  
 Haud leuis iactura, summus Imperator Curiae  
 Nuper omnis, nullus est nunc: vos rogati milites  
 Et noui pagani & antiqui euocati strenuè,  
 Qui forense demeretis in dies stipendium  
 Sub Senatu iudicante, & purpuratis Patribus,  
 Qui frequentes castra obitis maximi Palatii,  
 Huc adeste cum querelis, vestra damna plangite:  
 Flet tribunal, alta sordent iudicum subsellia,  
 Plebs quiritat, ipsa sidus Franciae Lutetia  
 Alba lucens, atra lugens nomen immutat suum,  
 Funus aspiciit Thuani, acre vulnus accipit  
 Integrans Cei poëta mortuales nenas.

Exuat turpem veternum, peruigil sit Gallia.  
 Quin deos incusat omnes, & nefastum Pantheon  
 Censet, auctoremque clamat cladis huius publicæ:  
 Ipse Sol auriga lucis, istud auersus videt  
 Funus, & strigans habenas reprimit currus sui,  
 Et decem curtum diebus en Decembrem reddidit:  
 Nempe vt occidit Thuanus, occidunt Soles decem.  
 Nunc meras Galli tenebras, nunc vident caliginem.  
 Quas Themis sedes relinquit, furua Nox rursū occupat.

Exuat turpem veternum, peruigil sit Gallia.  
 Dum latet lux, dum fauet nox, dum decem dies vacant,  
 Nos sacrum nouendiale pro Thuani manibus  
 Exsequamur & patremus, inferamus munera  
 Thuris & mannae & sturacis, omniumque aromatum,  
 Ac quotannis hæc canamus, terna sit trinoctia:  
 More prisco feriatas immorantes laudibus  
 Carminum instauremus aras atque puluinaria.  
 Hactenus noctes diebus præferam, donec noua  
 Fulgeret lux par Thuano, si potest par aspici,



*Si potest, hoc est Thuani lumen insititium,  
Ipse quod Thuanus auget iam nouus cæli indiges.  
Exuat turpem veternum, peruigil sit Gallia.*

N Æ N I A S O T A D I C A I N  
T H V A N V M Cæli dominum.



*V* V M vel numeris omnibus absolutus  
ille  
Iudex fuerit, tuleritque vn<sup>o</sup> omne punctū,  
Dum legibus & non sibi uiueret T H V A -  
N V S,

*Omnes meritò numeri nunc funere mersum  
Legesque canunt, lachrymis quæ Simonideis  
Carmina, & elegis tristibus mæstiora fundunt,  
Tumulūque nouensilibus instruunt Camænis.  
Luget pietas publica, Christiana Musa  
Quamuis rudior Christophorum plorat ademtum:  
Querit numeros, & queritur sibi deesse.  
Mox perdita Sotadicos ad pedes recurrit,  
Parcam miserè cupiens deuouere diris,  
Et crimen ei capital exprobrare, quum sic  
Nobis numero patriæ sustulit parentem,  
Illam Themidis sobolem, cor iecurque iuris.  
Eheu volucris nimium fluxa tempora æui!  
Si magna mori numina & interire verum est,  
Quò vitæ amor aut generis fiducia nostri?  
Sed non pereunt, neque sanè credere fas est,  
Cæli dominus qui fuit vt perire possit:  
Viuat meliore sui parte, cum dijsque  
Felix agit æuum, neque leihō datus est, quem  
Obliuia nunquam tetigere, nulla tangent.*



APOSTROPHE A LA FRANCE  
 SVR LA MORT DE MESSIRE  
 CHRISTOPHLE DE THOV.



ENS tu comme ie fais, ô France misé-  
 rable,

En ce temps insensé, la perte irrepara-  
 ble

De tes meilleurs enfans, qui amis de raison  
 Sont comme les piliers de ta grande maison:  
 Par la cheute desquels, c'est chose necessaire  
 Que tu tombes aussi, & que ton aduersaire  
 Triomphe entierement de toy sans coup ferir:  
 Que si tu sens ton mal, pren peine à le guerir.  
 Si tu ne le sens pas, & que tu participes  
 A l'Elephantiasé, ô toy qui te dissipés  
 Cruelle t'emplissant du venin que les Grecs  
 Ont appelé Nepenthe, ennemy de regrets:  
 Au moins que sans danger nous plorions nostre  
 Troye,

Nous regrettions sa fin, quoy qu'elle ne la croye,  
 Et qu'avec liberté à tous il soit permis  
 De chanter au tombeau la mort de ses amis:  
 Et que la pieté ne soit point accusée  
 Comme quand on loua Heluidie & Thrasee.  
 Siecle où les Potentats n'auoyent pour toutes loix  
 Que leurs affections, non comme nos bons Rois  
 La vraye pieté dedans le cœur empreinte,  
 Pour se faire obeir d'une libre contrainte.  
 Ce siecle, Dieu mercy, est ores plus heureux:  
 Nos Princes auiourdhuy discrets & valeureux  
 Cognoissent la vertu, honorans de leurs larmes



La Iustice mourante avec l'honneur des armes.  
 Tant s'en faut que ce soit vn crime capital  
 De pleurer vn de THOY, ou vn de L'HOSPITAL,  
 Dont l'integrité grande & l'innocente vie  
 Surmôteront en fin la mesdisante enuie: (mains,  
 Qui roides en iustice, au cœur droicts, purs aux  
 Se pourroyent appeller les derniers des Romains,  
 Comme iadis Cassie. Et qui sont les barbares  
 Qui blesseroyent l'honneur de deux hômes si rares,  
 Aufquels nuls, ou bien peu, se vouldroyét cōparer,  
 Bien que leurs successeurs les puissent reparer?

C'est dôques iustemēt que toutes nos prouinces,  
 Et non les petits seuls, mais aussi nos grâds Princes,  
 Regrettent telle perte, extremement marris  
 De la mort d'vn de THOY la gloire de Paris.  
 L'heur de ce grand estat peu à peu se recule.  
 Nous auons veu depuis nostre François Hercule  
 Redoubler ses labeurs, qui ne finiront pas  
 S'ils ne sont mesurez à vn mesme compas:  
 Car de ce rang & robe & conseil Nestoree  
 Son Altesse à la fin se verra restauree.

Ce qu'on dit bien souuēt que l'homme à l'hom-  
 me est Dieu,  
 Qu'il est vn petit monde, icy doit auoir lieu.  
 Ce grand chef de la Grece & fils aîsné d'Atree,  
 Qui eut avec Achille vne querelle outree,  
 Desiroit dix Nestors plustost qu'vn million  
 De soldats, pour razer la cité d'Ilion:  
 Mettant au vieux conseil ses forces asseurees,  
 Sans faire trop de cas de ces ieunes Nirees.  
 Que si Nestor fust mort deuant le mur Troyen,  
 A peine que les Grecs eussent eu le moyen



De le prendre d'assaut, tant la sage vieillesse  
Est plus à estimer que la forte ieunesse.

Ainsi ce grand de THOU qui estoit demi-Dieu,  
Qui dessus cent Nestors tenoit le premier lieu  
Pour cōseruer plustost que pour prédre les villes,  
Qui remettoit la paix en nos guerres ciuiles,  
Or que la vierge Astree & la vieille Themis,  
Pour punir les François, dans le ciel l'ont remis,  
Nous est vn clair signal, & plus certain indice  
Que Dieu veut sur nos chefs exercer sa iustice,  
Puis que de sa bonté nous auons abusé,  
Plongeans aux vanitez nostre esprit amusé:  
Sa rigueur nous recherche, hélas c'est chose seure  
Que ce grand Iuge approche, & qu'il ne garde  
Des'en venir icy pour la seconde fois. (l'heure  
Preparon nos chemins, comme a predit la voix  
Qui crioit au desert. Dieu veut faire sa guerre.  
La Foy qui est bannie auiourd'hui de la terre,  
Et la perte des bons qui nous souloyent garder,  
Nous tesmoignét que Dieu ne peut gueres tarder:  
Le monde prend des-ja son dernier periode,  
Sentant ainsi que nous la vieillesse incommode.  
Il approche du but que Dieu luy a prefix,  
Pour estre visité du medecin son Fils:  
Il est vieil & caduc, sujet à maladie,  
Il passe six mil ans. L'humaine Tragedie  
Est à sa Catastrophe. O malheureux mortels,  
Qui bastissez bien plus de maisons que d'autels,  
Que seruent vos palais, vos richesses, vos grades,  
Trop vains épouuëtaux, songes-creux de malades?  
Comme la pluye abat vn grad vent tout soudain,  
Ainsi s'effacera tout le lustre mondain.



Retournez-vous à Dieu & changez vostre vie,  
 Si vous voulez qu'au ciel l'Eternel vous conuie,  
 Autrement attendez le malheur & le sort  
 De ceux qui sont voüez à l'éternelle mort.

Vien encore, Seigneur, vien à fin que le monde  
 (Comme il l'aua iadis ses pechez par ton onde)  
 Maintenant par ton feu se puisse repurger:  
 Vueilles par ta bonté nos fautes corriger,  
 Pren pitié de la France, ô Dieu, si elle abhorre  
 Le mal qui t'irritoit en Sodome & Gomorrhe:  
 Si elle cache encor' au sein de ses citez  
 Dix hommes, qui ne soyent remplis d'iniquitez,  
 Ne la vueilles destruire: Atten vn peu encore  
 Qu'avecque repentance elle t'aime & honore,  
 Qu'elle sente son mal, donne luy le loisir  
 Que la meilleure voye elle puisse choisir.  
 Bref, reformant du tout l'hôme qui est ton tēple  
 (Soit vn peuple ou vn Roy) fay que suiuaſt l'exēple  
 Du bien-heureux de THOV, cōme luy nous viuions,  
 Ou deuant ta venuë à sa mort arriuiions.

## O D E.

**Q** VAND ie pleure en mainte sorte  
 Le grand dommage euidant  
 Que de THOV, grand President,  
 Par son decez nous apporte:

Et que ie voy que mes pleurs  
 N'egalent pas mes douleurs:  
 L'abandonne ma tristesse,  
 Larmes & souspirs trenchants:  
 Je veux recourir aux chants,



Et celebrer sa sagesse,  
 Imitant (peut estre en vain)  
 Vn plus sçauant escriuain.  
 Puis voyant ceste excellence  
 Dont mon style ne peut pas  
 Approcher tant il est bas,  
 Le recherche le silence:  
 Et honteux sans m'asseurer  
 Le recommence à pleurer.  
 Veu ma honte & son merite  
 Qui se combattent si fort,  
 Le chante en pleurant sa mort:  
 Heraclite & Democrite  
 Je suis (ô cas merueilleux!)  
 Ensemble triste & ioyeux.  
 Mais, las ! que seruent nos larmes,  
 Tesmoins de nostre malheur,  
 Desmentans nostre valeur?  
 Ce sont feminines armes,  
 Qu'aisément on peut faulser  
 A qui les veut endosser.  
 Si à l'humaine misere  
 Les pleurs comme la raison  
 Apportoient la guerison,  
 La source en seroit bien chere:  
 L'homme n'auroit precieux  
 En foy que le mal des yeux.  
 Elles sont bien comme l'ombre  
 De la tendre humanité,  
 Mais la magnanimité  
 N'en fait ny compte ny nombre:  
 Car pleurer l'heur d'un amy

C'est



C'est estre fol à demy.  
 Il vaut mieux chanter sa gloire,  
 Et disant qu'il a battu  
 Le chemin de la vertu,  
 Eterniser sa memoire.  
 Sur vn tel patron ie veux  
 Faire instruire nos neueux.  
 Vray est que lon peut cognoistre  
 Que son honneur & son los,  
 Non plus que par nos sanglots  
 Par nos chants ne sçauoyent croistre:  
 Son nom ne se peut frustrer,  
 Qui seul s'est peu illustrer.  
 Ny la troupe Pieride,  
 Ny ceux que Phebus voulut  
 Estre dignes de son lut,  
 Et que l'onde Aganippide  
 Pour chantres veut allouër,  
 Ne bastent pour le louër.  
 Tant s'en faut que ie suffise  
 Pour vn si noble sujet:  
 Mais s'il est ainsi qu'on prise  
 Vn deuotieux projet,  
 Ie fais assez mon deuoir  
 Voulant plus que mon pouuoir.

S O N N E T.

**L** A s que ne suis-ie ou Zeuxis ou Apelle,  
 Pour animer quelque diuin tableau?  
 Ou que ne fais-ie auècque le cizeau  
 Comme Lyssippe vne bronze immortelle?  
 En tout metal, en toute couleur belle,  
 D E T H O V seroit luisant comme vn flambeau:

F



l'espererois le tirer du tombeau,  
 Et rendre ainsi sa memoire eternelle.  
 Mais si de luy la plus petite part  
 N'est que le corps, peu seruiroit cet art:  
 L'art n'est rien qu'ombre ou moyen pour se  
 Son grand esprit qui a bien habit  (seindre.  
 En petit lieu, veut bien estre imit ,  
 Que s'il ne l'est, moins le scauroit-on peindre.

FLOR. CHRESTIEN.

**E***N cuncti, venerande senex, tua funera lugent,  
 Suis & ornant versibus:  
 Nil ego, & EMERIVS: licet optimus ille  
 Et filius piissimus. (poeta,  
 At tu, diue parens, noli hoc adscribere culpæ  
 Tristissimum silentium.  
 Turbauit calamos pietas, nec verba, modique  
 Tanto dolori suppetunt.  
 Ecce nota melioris adest pars maxima vatum,  
 Qui mystico adflatu canunt,  
 Auratus, Quinquarboreus, Muretus, & ille  
 Pompæ choragus Scaliger,  
 Atque alij innumeris exciti partibus orbis  
 Doctas canentes nenas:  
 Quas simul Emerius, non parcens sumptibus vllis,  
 Legit, & in ordinem adstruit,  
 Officioque pio collatos vndique versus  
  ternitati consecrat,  
 D mque manus parat artificis tibi Mausoleum,  
 Hoc erigit m stissimus.*

LEO SCOTVS Clarom. Senat. Paris. F.



## PETRI ANGELII BARGÆI

Elegia in obitum CHR. THVANI.

Ad PHILIPPVM HV RALTV M CHI-

VERNIV M Franc. Procancellarium.

**S**I quisquam est, HV RALTE, tuos qui sistere  
 fletus  
 Te velit, & lacrymis ora rigare vetet,  
 Quod magnū abstulerit mors importuna THVANVM,  
 Et nimium ciues læserit ausa tuos:  
 Scilicet huic fuerint rigido præcordia saxo,  
 Pectoraque infestis asperiora rubis.  
 Ipse ego, quem Tuscis nascentem in collibus olim  
 Vidit, & affusis abluit Æsar aquis,  
 Iacturam luxi tam lecti Herois, humique  
 Deposui Latia plectra sonora lyra:  
 Plectra, quibus laudesque tuas, tua facta canebam  
 Gallia, quæ Solymos eripuerit iugo:  
 Inque Palestina tantum statuere trophæum,  
 Quantum nulla patrum commemorare valent  
 Sacula: cum victus terrarum paruit orbis  
 Legibus, atque armis Martia Roma tuis.  
 Parcite felices animæ: felicibus astris  
 Progeniti heroes, gens adamata Deo,  
 Parcite, dum vestro rediuuium e sanguine alumnum,  
 Virtutum exemplar nobile flere iuuat.  
 Quo nemo antiquæ propior contendere laudi  
 Dictus, & ad verum pressius ire decus.  
 Ille quidem veterum non inficiandus auorum  
 Sanguis, & ætatis gloria flosque sua,  
 Clarorum illustri prognatus origine patrum,



Quorum urbem placidis Sequana lambit aquis,  
 Axona cui, Ligerisque, & Matrona, cuique Garumna  
 Submisere vno hoc nomine sæpe genu:  
 Gratati tantum decoris tibi, Sequana, tantum  
 Concessisse boni numina sancta Deum.  
 Nec tamen, haud suetus causa hac sibi sumere fastum,  
 Se reliquis renuit ciuibus ire parem.  
 Sed potius cum se claris genitoribus ortum  
 Sciret, & a magnis ducere nomen auis,  
 Et genere hoc etiam præstantem laudis, honores  
 Ad summos facili tendere posse via,  
 Verum illud decus esse ratus, quod strenuus armis,  
 Vel placidus potuit quisque parare toga,  
 Maluit inniti sola virtute: bonique  
 Quæ fecere patres, credidit esse patrum:  
 Inclyta quo seris exposita nepotibus olim  
 Excirent natos ad benefacta suos.  
 Ergo ille ingenuas ut primum accingier artes,  
 Atque Heliconiadas cæpit adire Deas  
 Ante omnes Phæbo gratissimus, ilicer vnus  
 Pangebatur grandi carmina culta sono.  
 Qualia Tyrtæus fertur cecinisse, suosque  
 In bellum Oebalios exacuisse viros:  
 Cum maribus numeris hostem fudere Lacones  
 Accensi, & victis imposuere iugum.  
 Certe illum insuetâ miratus voce canentem  
 Sequana cæruleum sustulit amne caput:  
 Et secum o, quantos excitat virtutis amores:  
 O, animos quanta laudè perurit, ait.  
 Ipse autem excedens pueris puerilia longe  
 Abijcit, & certis verba ligata modis.  
 Et studijs natus iam tum vigilare seueris,



Maxima quæ rerum pondera ferre docent:  
 Edidicit solers leges, & iura Quiritum,  
 Et patria sanctum quicquid in vrbe fuit.  
 Ac nihil est vllis terrarum in sinibus actum  
 Cum bello, aut tuta pace tenentur agri,  
 Quod non ille animo memori mandarit habendum,  
 Vnde suis ferret, cum foret usus, opem.  
 Nemo igitur tantis instructior artibus vnquam  
 Tractatum causas fertur adisse forum:  
 Nec patrocinijs æque inuuisse clientes;  
 Aut pœna plures eripuisse reos.  
 Scilicet oranti Cicerone disertius ipso  
 Nil, quod non index crederet æquus, erat.  
 Illi ingens grauitas, illi probitasque pudorque,  
 Et vitæ integritas, duxque comesque piæ.  
 Atque ideo cunctis perfunctus honoribus, vnus  
 Concessu princeps præfuit inde patrum.  
 Ingentique illum moderatus laude Senatum,  
 Quo nil terrarum sanctius Orbis habet,  
 Rexit bis denos incorruptissimus annos:  
 Atque indefessus nobile munus obit.  
 Consilio in dando sententia libera: & vna  
 Seruandi ciues maxima cura suos:  
 Ante oculos constans regni splendorque, decusque,  
 Et summa in Regem cum pietate fides,  
 Pacis mirus amor: mens rerum inimica nouarum  
 Semper: & haud vsquam desidiosa quies.  
 Ceu postquam vtilibus sitientia prata rigauit  
 Imbribus, atque agris præbuit amnis aquas,  
 Labitur & cursum nusquam remoratus & vndam,  
 Solibus assidue fert alimenta nouis,  
 Immensum Oceani dum se prouoluit in æquor,



Quaque potest, pelagus commodus auctat ope.  
 Hic quoque talis erat confecta negotia postquam  
 Viderat, atque aliquid temporis esse super.  
 Nanque suis illud priuatim impendere amicis,  
 Sive his in studijs ponere suetus erat;  
 Quæ curis animum assiduis releuare grauatum,  
 Et ciues aliqua parte iuuare solent.  
 Ergo etiam acceptos Musis iuuenesque senesque  
 Amplecti, & præsto semper adesse bonis  
 Omni ope & omni opera: neque enim differre iuandi  
 Tempora, nec duro despucere ore preces  
 Cuiusquam, aut miseri voces ridere clientis,  
 Dum sedet, aut clausas ambulat ante fores.  
 Hunc ego te si flere vetem: si conqueri ademptum,  
 CHIVERNI, in quo vno tot periere bona,  
 Quis mihi vel ferrum, vel durum adamantina rigentis  
 Ipsius in latebris pectoris esse neget?  
 Sim stipes, sim truncus iners, simque horrida cautes,  
 Quam nec vis Boreæ, nec mouet vnda loco  
 Vlla suo: verum abruptis exposita procellis  
 Nullo æstu, nullo sensilis illa gelu est.  
 Occidit huius honos & gloria maxima sæcli,  
 Occidit & patriæ spesque salusque tuæ.  
 Atque ego te plenos lacrymarum fundere riuos,  
 Et manibus pectus tundere & ora vetem?  
 Tu vero, heroem, qualem non vlla tulerunt,  
 Qualem etiam posthac sæcula nulla ferent,  
 Deslendo, susceptum animo testare dolorem,  
 Et lacrymis laxa claustra reuulsa pijs.  
 Hoc ipse, hoc coniux lectissima femina, tanto  
 Digna patre, & tanto femina digna viro,  
 Hoc nati, natæque, & pignora chara nepotes,



Hoc omnis tecum Gallia tristis agat.  
 Et tamen ante oculos eius versetur imago,  
 Et constans vitæ perpetuusque tenor.  
 Qualis erat, natum cum grandem, & honoribus auctum  
 Ipse suum vidit morte repente rari;  
 Inuictusque animo, vultuque immotus eodem  
 Pertulit afflictæ tristia fata domus.  
 Nec vero indoluit casu concussus acerbo,  
 Scilicet humanas has memor esse vices;  
 Vt nunc fortuna, si qua est fortuna, feramur  
 In calum, pressi nunc iaceamus humi:  
 Ni forte externo mens inconcussa tumultu  
 Perstet, & inceptum pergere tendat iter:  
 Nec se se ipsa sua patiatur sede reuelli,  
 Dum, sua quæ non sunt, cogitat esse sua.  
 Ille quidem quacunque in re sibi fidere doctus  
 Imperturbato pectore dura tulit.  
 Nec, sua res quanuis fluerent ad vota secunda,  
 Non seruasse modum dicitur atque decus.  
 Vt mirum non sit, si Dijs gratissimus ipsis,  
 Transierit felix, & sine labe dies,  
 Ac spatia extrema confecerit vsque senectæ  
 Viribus, ingenio, corpore, mente vigens.  
 Decessit certe fortunatissimus vno hoc,  
 (Nam quis, quæ restant, enumerare queat?)  
 Quod sibi te generum moriens HVRALTE reliquit  
 Consilio, & morum commoditate parem.  
 Quem merito euexit rerum prudentia ad altum,  
 Doctrina & virtus quo tua digna, gradum.  
 Officijs cuius meritas persoluere grates,  
 Meque animi memoris dum dare signa iuuat,  
 Quæ fidis impressa notis non deleat etas




Vlla, nec extingui Musa diserta sinat,  
 Hæc ego si mæsta cecini tibi carmina voce,  
 Interuentu etiam forte molesta suo,  
 Excuset factum simplexque & grata voluntas:  
 Nec non & inssis obsequiosus amor.

**H** V A N V S iacet hîc, nihil viator  
 Iam quære amplius, hoc satis supérque est,  
 Totum dicimus, ecce Totus vno  
 Implet nomine paginam hanc & illam.  
 Num maior potis est quis esse Toto?  
 Hic noster fora tota Totus olim  
 Impleuit, modo quæ repente squallens  
 Occupat situs infrequentiora.  
 Cernis ut tria verba nunc silentur,  
 Vt fori male feriata turba  
 Grauem sustinet oscitationem,  
 Illo tam nihil est super perempto.  
 At ô vos rediniua gens T H V A N I  
 Clara pignora, queis velut columnis  
 Stare fas Themidis sacrum tribunal,  
 Post illum quia vos Dei relictos  
 Solos esse aliquid volunt, inane hoc  
 Quod mapalia nuda vos facessit  
 Iam propellite, nam decet T H V A N I  
 Triste hoc reliquias fugare inane.

I A C. F A I V S Aduocat. Regius, ac sacri  
 Consistorij Consil. F.


Quinque




 Vique decemque aui completis ordine lustris  
 Corpore firmus adhuc, mentisq; vigore foresem  
 Militiam assiduo inuictoque labore ferebam,  
 Prouecta tolerans incommoda nulla senectæ:  
 Primus manè aderam conscripti ad templa Senatus,  
 Postremus solio excedens lictore monente,  
 Aut reuocante animum, lites quæ terminat, hora.  
 Purpureos inter patres vigesimus annus  
 Principem & eximio insignem suspexit honore.  
 Hem septem iacui tentatus febre dierum,  
 Et mors, dum properat, sensum morbique dolorisque  
 Abstulit, amplexus inter gemitusque meorum.  
 Laudis inoffenso cursu vixisse, nec ullos  
 Instabilis fortuna ictus sensisse, secundis  
 Vti continuo rebus, mortalibus ista  
 Contingunt paucis. Tu mecum posce viator,  
 Quod manet æternum cælo Deus optimus addat.

NIC. PERROTUS Confil. Paris.

LACRYMÆ AD TVMVLVM  
 CHRISTOPHORI THOJ VIRI DO-  
 ctiss. integerrimi, humanissimi.



 Iuite Zenonis, rigidi decreta Catonis,  
 Porticus & tumidis irrequieta sonis,  
 Si mihi nec per vos licet indulgere dolori,  
 Nec patria lacrymis soluere iusta patri,  
 Quippe etiam manant lacrymæ saxisque ferisque,  
 Et Niobe luctus dat monimenta sui,  
 Est aliquod decus, est lacrymis dignatio, flere  
 Herous nunquam turpe putauit amor,  
 Et pater Eridanus cæloque, Ereboque, soloque

G



Heliadum regnans succina voluit aquis,  
 Barbarus abstineat lacrymis in funere amici,  
 Nullæ hederæ circum cuius ière caput,  
 Lastrygoni rigeant cornu, & stent lumina ferro,  
 Nec sit ei elatus cura verenda pater.  
 Elysium lacrymæ possunt penetrare sequaces,  
 Lethææ memores vt medeantur aquæ,  
 Sublatæ sursum exhalant vel lactis ad orbem  
 Heroum assurgit nunc vbi turba Thoo,  
 Et sanctis libatæ vmbriæ astra ignea pascunt,  
 Iuppiter officijs talibus ipse fauet,  
 Hinc lacrymis virtus riguis confota resurgit,  
 Atque infleta, vt non rite sepulta, dolet,  
 Legifer vnde senex lacrymarum ambiuerat æstu  
 Placari manes Atthide in vrbe suos.  
 Ergo tuæ, Thoe, virtutis iam conscius olim  
 Enato vix, lacrymis naufragus ipse meis,  
 Atque tuis titulis accuso synonyma fata,  
 Quæ tibi, quàm nobis consulere magis,  
 Prosequar excessûsque tui recolamque quotannis  
 Semper honore diem, semper amore pari.  
 Æternùm salue atque vale, Thoe magne, perenni  
 Si litat & fletu rite parentat amor.

G. VALENS G. PP. Senator Parif. F.


 VRO sella nitens & lati purpura clauis  
 Quid nisi crux aeterna animis? vt q; æthere  
 summo  
 Sidera quæ motû rebus, virésque ministrât,  
 Assiduè terram supraque infraque feruntur,  
 Nescia veloces sola interrumpere cursus:



Sic quibus imposita est legum custodia, quique  
 Publica sublimes populis dant iura vocatis,  
 Hos labor astrorum similes versatque rotatque  
 Perpetuus circum ciuilia commoda, circum  
 Plebis, & ingrati perplexa negotia vulgi.  
 Talis honorato fors clara & dura THVANO  
 Obtigerat, meritis qui quanquam diues auorum  
 Insignisque suis, prima florente inuenta  
 Velari trabea fascisque attollere posset,  
 Maluit antè tamen causas orare, Periclis  
 More, niues vincens hibernas flumine largo  
 Eloquij, & vibrans ardenti fulgura lingua  
 Per fora mirantum turba stipata virorum.  
 Felices, quibus ille reis porrexit amicam  
 Lenis opem, quorum bona fortunásque tueri  
 Dignatus, tristisque animas arcere periclo.  
 Non sic per Libyæ campos spirantibus Euris  
 Hinc atque hinc flatu grauidæ inclinantur aristæ,  
 Ut quondam ille Patrum sensus & pectora flexit  
 Vocibus atque oris vento resonante disertis.  
 Cùm verò iam vir priuata excelsior omni  
 Fortuna, sacri princepsque parénsque Senatus  
 Proditus emicuit, tum bellis tristibus intus  
 Gallia flagrabat, ruptisque infrena catenis  
 Seditio horrendi claustris euaserat Orci,  
 Quam Pietas hostem fugiens castæque sorores  
 Iustitia atque Fides magni petiere THVANI  
 Atria continuo, & tuta statione receptæ  
 Contempserunt truces immitis Erinnydis iras.  
 Utque Numam perhibent populum rexisse Quirini,  
 Et mollisse feras pacata lege cohortes,  
 Responso Ægeriæ nymphe nocturna sequutum:



Sic postquam Heroum renouans antiqua piorum  
 Hospitia, induxit Diuas in limina Præses,  
 Semper eas operumque duces vitæque magistras  
 Præsentem habuit, caelestia numina coram  
 Conueniens, non ut veteres trans æquora mittens  
 Scitatum in dubijs incerta oracula rebus.

Hinc illi studium ritus seruare vetustos  
 Adfuit, & signata Patrum vestigia recto  
 Calle sequi in sedes latè radiantis Olympi.  
 Hinc iusti mens alta tenax, ignaræque dextris  
 Partibus, aut leuis affectu incumbere prauo.  
 Tranquillos Zephyris latè præbentibus æstus  
 Quilibet illæsa currit per cærulea pinu.

Cum verò Libycas inter rabida æquora Syrtes  
 Latrant, & tumidi surgunt ad sidera fluctus,  
 Vix alter pelago se se committere Tiphys  
 Ausit, & irata aduersus certare procellæ.

At te sanctarum custos acerrime legum  
 Vidimus in medijs fortem ciuilibus vndis  
 Versari inuictumque diu, nec abire relicta  
 Puppe, maris donec furor intractabilis alti  
 HENRICI imperijs post magna pericula cessit,  
 Consultisque tuis, cælo arridente sereno.

Quid nunc egregias artes, animumque pacem  
 Rerum, quas cæli complectitur ambitus, omnium,  
 Eloquar? ardentemque in te volucrumque vigentis  
 Ingenij flammam? celeri tu scribere dextra,  
 Et legere & dictare simul diuersaque suetus  
 Audire; ergo manus, oculos, linguamque disertam  
 Purgatæque aures diuersis motibus, idem  
 Spiritus impellens momento exercuit vno.  
 Nemo cliens, nemo facturum verba Togatus



Constitit ante tuum suggestum altumque tribunal,  
 Cuius non celerem vocem praeuenteris acri  
 Mente sagax. nunquam sic se fraus callida furtis  
 Inuoluit, nigrâque caput circumdedit umbra,  
 Vt non hanc subito refugam frustrâque latentem  
 Discussa nebula in Solem produxeris alnum.  
 Quisnam autem verum tenebrose in viscera terra  
 Demersum, & studio quæsitum plebis inani,  
 Te citius puras in luminis extulit auras?  
 Nunquam diuitijs opulentos vincere ciues  
 Certasti, aut fastu vanoque tumore superbos,  
 Sed probitate bonos, sanctosque anteire pudore.  
 Denique prima tibi virtutis cura beata,  
 Vltima laudis erat, quæ te tamen vsque secuta est  
 Ingens spernentem: sortis quoque magna tulisti  
 Præmia, sed meritis non exæquata supremis.  
 Sol maria ac terras cælique volubile templum  
 Irradians latè diffuso lumine vestit,  
 Et rapidos cursus annorum & sidera princeps  
 Cuncta regit, visu perlustrans omnia claro,  
 Omniâque auscultans, Mundi fax, regula, vita.  
 Cùm tamen aspectum illius radiosque micantes  
 Eripuit nobis Lunæ contrarius orbis,  
 In tenebras Titan cadere, extinguique videtur,  
 Barbarâque æternas formidant pectora noctes.  
 Sic quoque dum carpsit Telluris fluxa **THVANVS,**  
 Dona superstes adhuc, tota eius Curia luce  
 Claruit, & Patrum cætus fulsere verendi:  
 Nec magis hunc quicquam fugit, quàm vertice ab alto  
 Cernentem intentis oculis mortalia Phæbum.  
 Sed modò corporea nubes terrenâque membra  
 Interiecta, patris patriæ nos vultibus arcent,



*Heu mæstos, gemitumque imo de corde trahentes.  
 Nec lamenta modum inueniant fletusque perennes,  
 Ni sancti admoneant diuino carmine vates,  
 Laxatas vinculis animas & carcere cæco,  
 Terrenaque omni vitiorum labe carentes  
 Protinus in cælum antiquum, sedesque reuerti  
 Natales, vbi parta pijs mansura voluptas.  
 At mentes alias, pigri quibus addita moles  
 Corporis, exilium peregrina flebile in ora  
 Perferre, & rerum circum simulachra vagari,  
 Proque bonis fumum, & ventos captare fugaces.*

N I C. S V D O R I V S Inquif. class. Præses F.

Eiusdem N I C. S V D.

O D E.

**P**

*R I S C I S vt auro patribus abdito  
 Potitus heres abstinet, & manu  
 Parcente thesauros reponit  
 Præsidium soboli futuræ:*

*Donec recenti sollicitudine  
 Curaque partis vititur in dies.*

*Sic facta maiorum T H V A N V S*

*Cuncta suo generi relinquens,*

*Palmasque auitas militiae & togæ,*

*Peculiares ipse sibi nouis*

*Virtutibus laudes parauit,*

*Et titulos apicemque honorum:*

*Hac sede fulgens, quam Themidi sacram*

*Submissa plebs & nobilitas colit,*

*Imique & insignes adorant,*

*Purpureusque veretur ordo.*



Nos terra iniquo pondere degrauians,  
Totos ab alti separat ætheris

Commercio, ni fortè in astra

Erigimur precibus, piisque

Sublimem adimus colloquijs Deum,

Mortalibusue profumus, æmuli

Summi Tonantis, corporisue

Linquimus exuias inertes.

Sic namque opacum deserimus solum

Pennis leuati, qualibus alites

Celi ministri nunc pererrant

Sidera, nunc populos & vrbes.

At quis Thuano lumina crebrius,

Manusque puras sustulit in polum,

Aut sepius sanctis litauit

Vocibus, innocuæque mente,

Factisque linguæ conuenientibus?

Quis nulla quondam gratior hostia

Consperisit aras, dum Sionis

Isacida coluistis arcem.

Nec verò Grauius promptior Hercules

Seruasse gentes dicitur exteras,

Quàm patriæ iuuit labores

Ordinis ille parens togati.

Suetus verendi principis inclytas

Leges quietis tradere ciuibus,

Regique quid fortuna plebis

Posceret impavidus referre.

Beatiores vt genij preces

Æquas virorum sedibus inferunt

Altis Olympi, mox & inde

Munera supplicibus reportant.



Non absque fido consilio & tuis  
 Vir summe curis, tota licet graui  
 Concussa bellorum tumultu  
 Francia stat pede recta firmo.  
 Discordiarum nec sine te furens  
 Expulsa Enyo mœnibus vrbiū  
 Nostrarum in infestos abiuit  
 Tela gerens inimica Turcas.  
 Cūmque igne Pestis lumina plurimo  
 Suffusa, & ardens sanguineis genis,  
 Letūmque portans irruisset  
 Vecta Notis madidis in urbem,  
 Quam portuosus Sequana Matronæ  
 Confusus intrat; iamque ferox lues  
 Tot fusa strauisset virorum  
 Corpora mortiferis sagittis,  
 Quot poma in agros marcida languido  
 Decliuis anni tempore concidunt,  
 Quot defluunt motis ab Euro  
 Quercubus ilicibusque glandes:  
 Nec iam vllus ales pæne Lutetiæ  
 Impune pennis aëra scinderet,  
 Non attamen iusto THVANVS  
 Cedere sustinuit pauro,  
 Sibique plebem linq̄ere creditam  
 Præses, salutis prodigus at suæ  
 Mille artibus ferale tandem  
 Perculit edomuitque monstrum.  
 Pythona vates nunc fileant trucem  
 Fixum canori missilibus Dei,  
 Bellanti & Alcida Leonis,  
 Anguis, apri rabiem subactam.



Ne belluarum conficeret furor  
 Inerme vulgus : maius enim malum  
 Pacatus extinxit THVANVS,  
 Letho adimens Ereboque plures.

Vitam sed æqui Præsidis audiit  
 Eoa tellus, occidua & plaga,  
 Vita exitum texere sanctis

Parietibus taciti Penates.

Hunc tu futuris trade nepotibus

Fama perenni, nania lugubris,

Exemplar immortale fortis

Conspicua, placidique fati.

Ergo Thuano fila trahentibus

Extrema Parcis, dum domus ingemit

Turbata, sic est ipse fatus

Composito venerandus ore.

CHRISTE, æqua summo progenies patri,

Accepta grati cui ferimus bona,

Errata quæso nostra dele

Sanguinis imbre pio profusi:

Intraque sancti septa gregis tene

Nos vsque tutos. & quoniam mihi

Hæc vita rerum mole fesso

Iam grauis est, obitusque cæli

Æterna spondet gaudia, me precor

Solue inquietis corporis artibus,

Ni fortè nostræ longioris

Tempus eget populûsque curæ.

Hæc ille, cuius consilijs carens

Nunc orba luget Gallia; sed virûm

Plerunque summorum nocentes

Interitum meruère terræ.



## EPICEDION.



*V*ALE columna, in quam domus inclinata  
recumbit,

*C*um ruit, & pulchri conuellit culmina tecti,  
Exitium impendere monet, celeremque ruinam.

*H*aud secus illustris mors improuisa *T*HVANI,  
Interitum sanctæ Themidi, imperioque minatur.

*N*ec minus attonita percussus mente *S*enatus

*O*bstupuit, magno quàm si vetus ab Ioue quercus

*I*ccta ruat, vulsâque solo radice recumbat.

*P*ræteritum Phœbus cursu vix clauserat annum,

*C*uria quum plures reminiscitur orba suorum

*C*ontinuos obitus, quos nuper viuida virtus

*P*ertæfos rerum & vitæ, subuexit Olympo.

*N*anque oculis illi rursum obuersantur, & vmbre

*H*anc circunvolitant: vix nobis proxima messis

*A*RCHERIVM abstulerat, paruo qui corpore alebat

*V*im magnam ingenij, iusti, rectique, pûique:

*C*um te *L*ONGOLI primi lux prima *S*enatus

*I*ntegrum ætatis, maiorum stemmate prisco

*F*ulgentem, virtute tua, & grauitate verendum,

*O*mnibus & doctis, docta longè arte, priorem

*E*ripuit *L*ibitina ferox, patriaq; tuisque.

*N*ec tua te pietas texit *V*IOLÆE, tuendis

*C*onstantem rebus, patribus tu quando coactis

*A*d tua sensa trahis cunctos sanctissima, vitæ

*I*nnocue exemplo, quam claris moribus ornas.

*F*elices animæ, nullis venientibus annis

*V*os aut iustitia, quisquam aut æquabit honore.

*H*eu pietas! heu lesa nimis pia numina *D*iuum!

*V*na *T*huanæo residens in *P*ræsìde summo



Spes cadit, atque vnà subita cum morte fatiscunt  
 Votapatrum, Rex ipse sua timet anxius aula.  
 Scilicet heroas magnos demittit Olympo  
 Temporibus certis fatorum arcana potestas,  
 Regnorum afflictis rebus, qui principis iras  
 Mollire, atque animo verum virtutis amorem  
 Instillare ausint, rectasque ostendere leges  
 Imperij, iusta cum maiestate regendi.  
 Sed tamen ingrati quando pietate relictâ  
 Mortales spreuere Deum, cum labe nefanda  
 Certatim meritas irritant numinis iras:  
 Substrahit hos Dominus populis, nec certius vlla  
 Argumenta potest iusti monstrare furoris.

Quò feror? aut quò me luctus nunc abripit ingens?  
 An memorem illustrem longum iuuenilibus annis  
 Patronum texisse reos, dum Curia laudat  
 Et stupet, & grato pendet dicentis ab ore?  
 Altior hinc virtus magna ad subsellia duxit  
 Maturum doctumque fori, non nostra sequutum  
 Sacula, nec cupidum festinos edere fructus  
 Ingenij, licet eximij summèque politi.  
 Laudata ergo via prudens grassaris, & aula  
 Heu nimium turpes generosus respuis artes,  
 Moribus & sordes inuectas ambitiosis.  
 Hic tu qui fueris quondam, quantòque labore  
 Profueris Patribus, urbique orbique cadenti  
 Gallorum, mea Musa nequit, lacrymaque cadentes  
 Dicere conantem impediunt. quis talia fando  
 Explicet, aut tanto possit superesse dolori?  
 Ingenuos exempla mouent, tu Solis ab ortu  
 Ingredere primus sanctissima templa Senatus,  
 Nec te vis retinet morbi, nec cura tuorum,



Publica priuatis dum praefers commoda rebus.  
 Seposita vulgi si lis dirimenda corona,  
 Et res consilij velo tractanda reducto,  
 Quam patiens alios referentes ordine laudas,  
 Praesentique animo rimaris singula cautus:  
 Dein tibi quae melior visa est sententia, iustis  
 Firmisque expendis rationibus, haud tamen vlla  
 Obrudens crambe repetita dicta reponis,  
 Condusque & promus iuris veterisque nouique.  
 Quod si vel populo coram ius dicere praestat,  
 Semper ades vigilans, & momento excipis equus  
 Improba patronus, vel quae sincera loquatur,  
 Moxque refers Patribus: sequitur iustissima semper  
 Iussio, quam praecleara cohors, quam pulpita laudant.  
 Exoritur si quando etiam res ardua cunctis  
 Excutienda modis, Patribus cunctisque vocatis,  
 Non audita prius veterum monumenta recludis,  
 Annalesque situ obductos, quid tota vetustas  
 Sanxerit, aut praesens quid contra postulet atas,  
 Mirantur, pedibusque Patres in sensa recurrunt.  
 Atria si cogit res ardua Regis adire,  
 Et super Edictis princeps est iure monendus,  
 Fortior haud vllus sensus inflectere nouit  
 Principis, atque inopis sortem obiectare popelli,  
 Abroget vt legem, vel legem vt temperet aequo.  
 Praesidis illud opus, sed cum remouere procellas  
 Instantes belli, tempestatésque futuras  
 Est opus, & rerum venienti occurrere fato,  
 Siue repente hostis fines inuadere tentat  
 Imperij, aut ciuis patriam discordibus audet  
 Armis impetere, & manibus violare nefandis:  
 Continuo sacrum ad Regis penetrabile vocatus,



Consilium expromens, regno propè sufficis unus  
 Gallorum Confus, Regi & te Nestora præbes.  
 Laudatur prudens atas, multisque recoctum  
 Consilijs pectus, mens & præsaga futuri,  
 In patriamque tenax amor, in Regemque fidelis.

Plura quid his referam? an mores, facilisue recessus,  
 Expertemque animum fellis? testatur amorem  
 Invidus, & benefacta videt qui læserat olim.  
 Noster amor, populi mel, delitiæq; Senatus,  
 Quò refugis, rapidòque volans ad sidera nisu  
 Tolleris? & surda clamantes respuis aure?  
 En vocat effusis passim te crinibus omnis  
 Gallia, permisti populo proceresque patresque,  
 Et lacrymis fora cuncta madent, cælumque profundum  
 Undique flebilibus mæstum tegit imbribus orbem,  
 Et ni certa Dei confirment fœdera, iam iam  
 Diluuiâ humano generi Pyrrhæa minetur.  
 Ecce Palatinæ visa est conuulsa moueri  
 Astreæ veneranda domus, pullumque cruorem  
 Reddere. nonne vides quantum nunc Sequana ruptis  
 Tristior aggeribus campo spatietur aperto?  
 Egrediturque sui fines salis Amphitrite?  
 Nec mirum, si communis pater omnibus unus  
 Qui fuit, huic omnes gemitu lacrymisque parentant.

ADR. DRACVS Senat. Paris. F.



VI scelerũ vindex iusti moderator & æqui,  
 Tot retro proceres qui numerabat auos,  
 In cuius laudes grati mellita poëta  
 Ora resoluentes tot lacrymas renouant,  
 Mortuus haud moritur genero rediuius ACHILLE  
 Gestante inuictum Iustitiæ clypeum:

H ij



Cuius ab aspectu fugit impia turba nocentum,  
 Et sceleri tenebras quærit anhelata suo.  
 Vno & Iacobo, patrem qui lumine cassum  
 Cycnaea lugens æthera voce replet:  
 Quique per accipitrum volucreis sese extulit alas,  
 Atque bonis auibus viuis ad astra volat.  
 Ergo tua, ô felix, iam molliter ossa quiescant,  
 Sit tibi terra leuis. mors tua vita tua est.  
 Inter mortaleis meritò immortalis habendus,  
 Quem reducem ad vitam tot pia facta vocant.  
 Viuet honos noménque tuum, viues per ACHILLEM,  
 Dum iuris nomen, dum pietatis erit:  
 Et per IACOBVM, dum carmina sacra manebunt,  
 Æthera dum Buteo findet Hyperboreus.

I. GILLOTIVS Senat. Paris. F.

**D**VM sedeo, & Paschæ propter solennia, iuris  
 Otia sunt nostri, extinctum deslere THVA-  
 NVM

In voto est: Phæbi sæpe ille colebat honores,  
 Carminaque & doctos celebrabat sæpe poëtas.  
 Atque vtinam, inter vos omnes qui scribitis, equa  
 Classe ferar, nostrisque insit fiducia chartis,  
 Auribus hæc certè victuris scripta probarem:  
 Sed duros per tot populique, forique labores  
 Illa iacent, inarata velut, neglectaque tellus,  
 Aut vitis quæ serpit humi, ferrumque retundit.  
 Incipiam tamen. Ex auro, argentoque recocto,  
 Si qua fides tibi magne Plato, formasse Thuanum  
 Naturam quis non putet? omni excellere laude  
 Quem voluit, vitæque omni cumulauit honore,



Seu patriam spectes, seu tot proavos, atavósque,  
 Atque abavos, series materna, paternáque, quorum  
 Centum hodie leto complectitur omine natos:  
 Seu formam, & viridistantes in corpore vires,  
 Seu vim diuiná, quæ suggerit omnia, mentis.

Talibus ornatum donis in limine vitæ,  
 Ut procul è gelidis hunc vidit Sequana riuis,  
 Ille urbem tantam bifido qui diuidit alueo,  
 Obuiam in amplexus iuit, sacrísque recepto  
 Aedituis, En cui populosa Lutetia, dixit,  
 Assurget, cui res plebísque patrúmque regendas  
 Rex dabit, & summa concedet sedis honorem.  
 Ille sui auspicijs fluuij, ceu rupe sub ima  
 Fata canat vates, quæ non superauit anhelata  
 Virtutis iuga? quid non vis animæ excita sensit?  
 Sidera, túque ò nox testis, cum sæpe diurna  
 Ante opera, ex somnem multo vidistis oliuo,  
 Vosque libri testes, & conscia charta, loquentem  
 Audit opposita quam sæpe à margine Titan,  
 Implentemque animum præceptis, qualia cultus  
 Ciuilis, cura & magna desiderat urbis.  
 Nam quid inexplicitum ille, intentatúmque per omnes  
 Liquerat auctores? non sic instructus Atrides  
 Venerat ad Troiam, quantum ad palatia venit,  
 Militiamque togæ, primo cum in flore clientes  
 Et res sustinuit tantas, tot fletibus ora  
 Tersit, tot mentes ad verum vertit, & aures,  
 Stabat honos cum lingua tuus, nec vendere fumos  
 Audebat quisquam, fraudemue innectere iuri.

Hunc neque bis senos mirata est Curia menses,  
 Quin grandi cum dote domi persederit vxor,  
 Certa toro, & pactas quæ nunquam polluit aras:



Et de qua, ante omnes, tres, lucida sidera, natos  
 Vidimus, extinctus quorum est prior ante parentem,  
 Téque, IACOBE, suis suppletem partibus, isto  
 Florenti ingenio, & florenti corpore liquit,  
 Versibus ut patrij notescat fama sepulchri,  
 Quíque domum serues, certus, caelestia si quid  
 Signa valent, factis fratrem, & superare parentem.  
 Qualia ab incuruo crescentia germina in hortis  
 Stipite, cui frondis planta est immissa feracis,  
 Lata magis tollunt se caelo, & fortia ramis,  
 Inque vicem, truncum non auersata ferentem,  
 Corticéque auertunt pluuiam, ventósque repellunt.

Ad patrem redeo : postquam subsellia vicit,  
 Ut primus responsa daret, iurisque catenas  
 Solueret indeprensi, illum ad fastigia honorum,  
 Quæ nos mercamur viles, Rex sponte vocauit:  
 Munia ubi sua dexterius non alter obiuít,  
 Non alter maiora tulit, seu pondere iusto  
 Libra premenda fuit, castigandúque reatus,  
 Atque alia, amplecti quæ non est omnia versu.

Nec longum in medio tempus, cum protinus vrbes  
 Triste nefas, terrásque omnes, & littora nostra  
 Seditio oppressit, regníque insana cupido:  
 Ocyus huic, tali CATHARINA exterrita monstro,  
 Illa annos quæ tunc Regis, regnúmque tenebat,  
 Supremos fasces, dominásque in honore secures  
 Detulit, & ciuem donauit ciuibus vnum,  
 Frangere qui posset vultus, & iurgia plebis,  
 Consilióque, hostes inter, ciuiliáque arma,  
 Nutantem regere, & firmare interritus urbem.  
 Isque ubi se solio, fulgentem vidit, & ostro  
 Iura dat, & curas omnes in publica confert,

Acer,



*Acer, anhelanti similis, cunctosque fatigat.*  
*Non acies intra muros, inimicæque tela*  
*Vlla vides, ô ter, mea patria, & amplius, isto*  
*Ciue potens, quauis que alias furor altus haberet*  
*Vrbes, in tantis tamen es seruata periclis.*  
*Non secus ac quondam, centum quæ dicitur vrbes*  
*Creta habuisse, Iouem nutriuit, & inde superba,*  
*Securas per opes, & regna vberrima longum*  
*Mansit, & est latè cunctas dominata per oras,*  
*Mons Idæus ubi, & Phrygiæ cunabula gentis.*  
*Quid fora commemorem? quæ terras exosa nocentes*  
*Illius auspicijs homines Astra a reuisit,*  
*Et Pietas & cana Fides sub iudice tanto*  
*Curia oberrarunt postes, altumque tribunal.*  
*Non concinnator litem, non iura redemit*  
*Frustrator, sua res cuique & vadimonia certa,*  
*Fortis, & in seipso totus, siue acta Senatus*  
*Sanciret, mediûsue foret, seu obfisteret illis.*  
*Vidi egomet, sacri regeret cum oracula cætus,*  
*Torrentem, & veluti ramis ingentibus arbos*  
*Inuehitur nebulis, Austrôque obnixa resistit:*  
*Vidi insurgentem, & cum libertate loquentem,*  
*Et vidi extremum, constanti pectore, multa*  
*Fata super regni, super impia facta querentem,*  
*In te, iurati fratremque, HENRICE, furoris*  
*Expleuit, distractus equis, cum Salseda pœnas.*  
*Hoc mea, seu poterunt humeri, seu ferre negabunt,*  
*Omne canit, semperque canet tibi Musa THVANE,*  
*Atque alia adiunget quàm plurima, quæ vndique per te*  
*Culta nitent, morem ad priscum, & communia iura.*  
*Nunc satis est voluisse, satis, si senserit umbra,*  
*Te lacrymas mouisse tuis, vrbique querelas.*



## Hendecasyllabon.

**N** LLE ille occidit, ille amor, voluptasque  
 Urbis, ille THVANVS, omnia ille  
 Qui praestrinxerat astra, in aethere vt sol,  
 Est extinctus. & hem, mori recusas  
 Homulle, est propè cui sepulta vita  
 Iam viuo, atque videnti. abi viator,  
 Atque obi. placitum est satis THVANO,  
 Qui conuiuia velut recessit, qui  
 Plenus, fascium, opum, scientiarum.

C. MAENARDVS Senator Paris. F.

**T** O T A quid in luctu deflet sua damna re-  
 pentè  
 Vrbs dudum leta ante alias, nullòsque tu-  
 multus

Passa; nec aduersis iam pridem obnoxia fatis?  
 Anne suo vt soluat extincto iusta THVANO?  
 Quid lento affines passu suspiria tristi  
 Corde trahunt, versantque graues sub pectore curas?  
 Atratque omnes magna comitante caterua,  
 Sanguine coniuncti procedunt ordine longo,  
 Et querulis totum concentibus aethera complent?  
 Primores Patrum, sancti ornamenta Senatus,  
 Supplicibusque sacer qui praesidet ordo libellis,  
 Atque Senatorum series mæstissima, funus  
 Sic, vt apes regem, pullati ponè sequuntur.  
 En Aulae proceres demissis vultibus hærent,  
 Tristitiámque suam testantur; & ipse dolorem  
 Quannus corde premat princeps, tamen indicat ore,



Vnus, & attonita mœroris vultus in vrbe est.

Sistite iam vanos gemitus, vanasque querelas,  
 Hæc sibi nec lacrymas, nec questus funera poscunt.  
 Sat vixit, bene qui vixit. Vixisse quid autem  
 Dixi? viuis adhuc etiam post fata THVANE,  
 Tèque tuo reparas busto velut vnicus ales,  
 Per merita in patriam, per publica commoda, dulces  
 Per natos, generosque tuos decora inclyta regni.

Quos inter primas antiquæ gloria gentis  
 CHEVERNÆE, tenes, genus alto à sanguine ductum  
 Armorico: proavis atavisque potentibus orte.  
 Macte noua virtute heros HVRALE, salubris  
 Iustitiæ antistes comi grauitate verende,  
 Cuius nulli vnquam domus est occlusa, nec auris:  
 Sed cunctis aditu facilis, duræq; repulsæ  
 Nescius, æquata respondes omnia mente,  
 Sacràque veridica profers oracula lingua.  
 Astræa nihil est recto de tramite quod te  
 Transferat: examen suspendis lancibus æquis.  
 Regis amor, procerumque fauor, populiq; leuamen,  
 Immortale decus soceri virtutibus addis.

Tu quoque Parrisij princeps HARLÆE Senatus,  
 Digne tui soceri sedis successor, & hæres;  
 Quem morum integritas, quem mens inuicta fauori,  
 Sordibus, officijs, lacrymis, popularibus auris,  
 Quem spectata diu fixi prudentia iuris,  
 Implicitique fori longa experientia; sola  
 Denique quem virtus ad tantum euexit honorem,  
 Propositum ut reliquis exemplum Patribus esses:  
 Dum Patris, & soceri vestigia nota sequutus,  
 Sincerè Themidis tibi tradita iura gubernas.  
 Mox quoque maior eris (nec spes nos fallit) vtroque:



Nam facies tenor vt vita sincerus eodem  
 Fine coronetur, succedantque vltima primis,  
 Transuersum neque te maris impetus auferat atrox  
 Propositi immemorem, rectumque relinquere clauum  
 Cogat; & in Syrtes bacchantibus vrgeat Euris:  
 Sed solita obstanteis sulcet constantia fluctus  
 Mille inter scopulos, & mille latentia saxa;  
 Donec felicem tangant tua carbasa portum.

Ab cur crescentem rebus nimis inuida nostris  
**BVNOLIVM** nobis scæui inclementia fati  
 Ante diem, ante patrem, crudeli funere mersit;  
 Et spe florentem spoliauit diuite ramum,  
 Atque interceptos auulsit ab arbore fructus?

Indictum quis te, tacitumque **THVANE** relinquat  
**EMERIE**, augusti pars non in gloria cætus,  
 Vera tui facies, & viua parentis imago  
 Doctrina, & morum? maior tamen hoc Pater vno est,  
 Quod te tam celebrem, rarumque reliquerit Orbi.  
 Quid plura adijciam? quid te lectissima coniux?  
 Quid natas, castasque nurus loquar heroinas?  
 Quid fratres memorem extincti? te candide Præsul  
 Carnutum? patria fratrem pietate colebas  
 Viuentem, cuperesque tua nunc morte redemptum,  
 Si redimi manes fraterno sanguine possent.

Cur ego te Regis referam **AVGVSTINE** Patronum,  
 Ereptum sequeris fratrem qui passibus æquis?  
 Dicere nil de te satius quàm pauca referre,  
 De te, deque tuis: nam cunctas gloria vestra  
 Præuertit laudes, vincuntque silentia vocem.

Vt qui omneis omni luctus expresserat arte,  
 Nec poterat dignè mæstos ostendere vultus,  
 Obduxit velo miseri patris ora **Timanthes**:



Sic ego dum nequeo veros aptare colores,  
 Laudibus & stirpem meritis ornare THVANAM,  
 Inuitus clara obscurem, sileámque necesse est,  
 Materia superante meas in carmina vires.

At qui luce sua nuper, qui luce suorum  
 Splendet adhuc; cur nos veluti lugemus ademptum?  
 Immortalis enim, & viuaci nomine felix  
 Natorum, generúm, fratrumque haud occidit: imò  
 Occidit natos, generos, fratresque, bonosque  
 Omneis; dum surdis persoluit debita fatis.

NIC. AVDEBERTVS in supremo Armoricae  
 Senatu Consiliarius Regius.

**N**Estoris vt mentem & canos spectauit Atri-  
 des,  
 Ille, ait, est deno maior Achille mihi.  
 Quòd si CHRISTOPHORI pectus spectasset & ora,  
 Dixisset, deno Nestore maior hic est.  
 Ille comes belli, hic princeps pacisq; togæq;,  
 Ille decus linguæ, hic iuris amissis erat.  
 Ille semel Troiam euertit de culmine, caram hic  
 Seruauit decies patriam ab exitio.  
 Illi dulce fuit tria viuere secula, dulce huic  
 Viuere pro patria, pro patriaque mori.  
 Non minus ergo cadens, quàm viuens, forte piúmque  
 Et Regi & populo prestitit officium.  
 Imò salus tibi quòd suprema lege parata est,  
 Hoc fatis debes Gallia CHRISTOPHORI.

FRAN. AMBOSIVS Paris. Senat. Armoricus.



C.V. CHRISTOPH. THVANI  
 CELII, EQVITIS, SVPR. APVD  
 Gall. Cur. Præfid. primarij,  
 Memoriae sacrum.

**N**GENIVM aetherijs depromptum ex  
 ignibus, & mox  
 Assiduo excultum studio, vigiliq; labore  
 Versatũ varias magna cũ laude per artes:

Tum longo firmata vsu prudentia rerum,  
 Mẽnsque apprima tenax, conseruans diuite cella,  
 Viderat à primis quæcunque aut legerat annis:  
 Agmine & hinc leni decurrens eloquij fons,  
 Lenta vt per molles voluuntur flumina cliuos:  
 Hæc (inquam) à superis larga concessa THVANO  
 Dona manu, & multo Pithus cumulata fauore,  
 Illi inter celebres longũm florere Patronos,  
 Et clarum ante alios donarant quærere nomen.  
 Nam scriptis & consilijs, & voce disertã,  
 Dum commissã sibi defendit iura clientum,  
 Dũque regit dubias certo moderamine lites,  
 Et cauta scopulos declinat prouidus arte,  
 Semper eum excepit tuto victoria portu,  
 Et letam imposuit lauri de fronde coronam.

Quæ se vbi fama, foro iam non capiente, per vrbes  
 Sparsit finitimas, hinc toto didita regno,  
 Auribus HENRICITandem est excepta secundi,  
 Præcipuis procerum grato celebrantibus ore,  
 Tam raras hominis dotes, & parta per illas  
 Ipsorum in causis multa ac præclara trophæa.  
 Non, qui alijs mos est, dum summa capessere tendunt,  
 Inferiora gradum fecit per munia, verũm



*Alite transuectus supra vulgaria saltu,  
 Classe patronorum simul ac processit ab ima,  
 Purpurei cætus primos inuasit honores  
 Ductorum insertus numero, quos murice tinctis  
 Corpora velatos trabeis, & Vellere Serum  
 Aureo cum limbo tectos caput, illita luto  
 Lilia, cæruleis intexta tapetibus, alto  
 Cernimus in folio, iura ad dicenda prementes.  
 Nec stetit hîc fortuna viri, sed sorte benigna.  
 Virtutis comitante viam, ductoribus ipsis  
 Dux fuit, ac toto præsedit in ordine princeps,  
 Attollens humero terna aurea segmina dextro.*

*Quò postquam euectum sese videt, ac velut ampli,  
 Innumeris spectandum oculis, in luce theatri  
 Expositum, solo nec præstantissima quæque  
 A se expectari, sed ab his quoque qui sua posthac  
 Signa secuturi, in se lumina fixa tenerent:  
 Curam habuit primùm, vt communiter omnibus illis  
 Cordi esset virijque fuga, & respectus honesti.  
 Idque suo exemplo, hortandi quo non genus vllum  
 Virtutem inculcat magis, interiùsque recondit.  
 Ipse ergo, accensa veluti face præuius iret,  
 Inuictus donis, lucrìque cupidine maior,  
 Maior & infidæ fumis fallacibus aula,  
 Expendit solum dubijs in litibus æquum:  
 Securus quorum hinc odia, aut sequerentur amores.  
 Altera cura fuit, fraudes aperire latentes,  
 Vafra quibus iustas euertit factio causas:  
 Vel tot continuos causando ducit in annos,  
 Multo vt sit satius quantiuis perdere litem,  
 Tædia quàm, & sumptus tantarum ferre morarum.  
 Ipse quoque vt causis tempus superesset agendis,*





Primus adire forum, primusque aperire tribunal,  
 Tum facilem cuius aurem dare, si modo cause  
 Diceret apta sua, & quæ non dixisse noceret.  
 Quod si compositis rationem eludere verbis,  
 Et leuibus nugis tenebras offundere vero  
 Auderet, surdas auertere protinus aures,  
 Vultuque, & verbis terrere minacibus, vsque  
 Dum meliora daret, vel facto fine sileret.  
 Nam quid inutiliter tam caras perderet horas?  
 Et seruanda bonis consumeret otia causis?  
 Denique totus in hoc, minimo ut sumptu atque labore  
 Ferret quisque suum, nec longa moratus abiret.  
 Vnde illi nunquam maior fuit vlla voluptas,  
 Quam cum multa essent secta se iudice lites.  
 Tantus amor legum, & reddendi gloria iuris.

Verit ad hæc oculos, autumnî à limine Virgo,  
 Cara Iouis proles, diuis venerabile numen:  
 Quæ spatium cæli inter se chelâsque vacantis,  
 Ingenti trutina, atque æquatis lancibus explet:  
 Et mirata nouum reuifescere secula in aurum,  
 Indoluit liquisse homines, voluitque reuerti.  
 Sed postquam scelerum noua surgere semina vidit,  
 Ferrea secla quibus nulla æquiparanda tulere,  
 Nec iam vllò natura potest æquare metallo:  
 Immò ipse huc redeat potius, suâque astra reuersus  
 Annumeret nostris, atque ut nos fecimus olim,  
 Deserat indignas tam sancto Præsîde terras.  
 Dixit, & his precibus summum est aggressa Tonantem.  
 Da pater emerito finem requiemque labori,  
 Et tempestiuæ ne differ præmia palma:  
 Annuit Omnipotens, & vitæ vincla caducæ  
 Ocyus abrumpens, animum omni labe vacantem

Sidereos



Sidereos vnde ortus erat reuocauit ad ignes.

Quid tibi nunc gemitus lamentaque publica dicam,  
 Tristesque exequias, atque atrum funeris agmen,  
 Explicuit tota quod mærens Sequana ripa,  
 Herculis ante lares, magnique antistitis ædem,  
 Diuinis à quo cultus, moremque sacrorum,  
 Accepit Libycis dilectus regibus Hippos?  
 Confusis flerunt lacrymis populisque patresque,  
 Vulgusque & proceres, fleuit rex ipse, pioque  
 Proluit imbre genas, & verba dolentia dixit.

Quin, salua imperij si maiestate liceret,  
 Pars esset populi extremum comitantis honorem:  
 Quod licuit, specula mæstus spectauit ab alta  
 Stipatum multa flammarum luce phætrum,  
 Patribus à tergo cum plebe sequentibus omni.  
 Et studijs hominum sua damna & publica mensus,  
 Sensit quanta foret tanti iactura ministri.

Interea, tardo dum per suspiria passu  
 Feralis pompæ longus se promouet ordo,  
 Andream sui tandem excepere THVANI  
 Tempora, eheu cassum vitali lumine corpus.  
 Finitis ubi mox precibus, sacrisque peractis,  
 Conditæ gentili sunt mortua membra sepulchro.

Tale ergo ingenium sortitus ab æthere, tales  
 Pectore complexus dotes, & munere tali  
 Ob merita ornatus, talem se gessit in illo,  
 Donec post longos cælo miserante labores,  
 Vt regi & populo dilectus vixerat olim,  
 Sic obiit tandem multum defletus vtrique.

Anne modò expectas vt grandia verba sonemus,  
 Clara quibus tanti herois se gloria cælo  
 Efferat, & medijs celsum caput inserat astris?

K



Falleris, hæc meritis profunt mediocribus artes,  
 Ut conficta illis addant præconia pondus.  
 Excellens virtus, perfectaque respuit illas,  
 Ut matrona pudens, & formæ conscia, fucos.  
 Pura ergo & simplex acta narratio vita,  
 Vincit in hoc, & luce sua præstringere gaudet  
 Affictas alijs phalerato carmine laudes.

LVD. ALEALMVVS Præt. Aurel.

**Β** ΣΚΕ τῶν Τουαίε φρενῶν μέγα θαῦμα βε-  
 πῖσι,  
 Ἄς μέση ἐν βουλήν βουλή ἔφανε τεή.  
 Ἦν καμῶτων μέγα θαῦμα, ὅσον χρόνον οἷς ἐμύγησας,  
 Ἡύτε ἀκάματος γήραϊ καὶ καμῶτοις.  
 Διερῶν σ' εἶχ' ἄρα γῆ, κλέος οὐρανόμηκες ἔχοντα.  
 Νυῦ δὲ καὶ οὐρανόθεν σοῦ ἀμάρυγμα κλέοις.

Ἐρρίκος Στέφανος.

E I V S D E M.

**L**ongam inter magnos vitam hic traduxit honores,  
 Dum caput est summi (quæ gloria summa) Senatus.  
 Ac tandem ambiguum, vita fugiente, reliquit,  
 An mage honoratus summum sit propter honorem,  
 An mage honorarit summum, dum sedit, honorem.

Aliud.

**V**T vixi rogitas? Felicius inter honores  
 Viuere non potui, non potuïve mori.

Aliud.

**Q**uæ tot huic laudum perrara exempla fuerunt,  
 Singula vix multi qui celebrantur, habent.  
 Debit & rara decorari mole sepulcri,



*Quæ rarum ex illo ferret & ipsa decus.  
Gloria sed tumulo cuius amat esse superstes:  
Rara illi raro gloria pro tumulo.*

*Aliud.*

**T**ot rara in nostro mirata Senecta TVANO,

*Quòdque vigor mentis ceu iuuenilis erat:*

*Ipsa etiam more hunc (dixit) raroque nouòque*

*Tractabo, & possit qui superare fidem.*

*Canitiem ergo vocans, Huius caput (ecce) verendum*

*Tu quoque Canities fac verearis: ait.*

*Canities, dominae (vt par est) mandata capessens,*

*Haud magis hoc tetigit quàm iuuenile caput.*

HENR. STEPHANVS.



*HVANVS ille æquissimus mortalium,*

*Ipsa Minerua doctior:*

*Viridis iuuenta qui vigorem primulum*

*Ætate fouit ultima.*

*In cuius ore sessauit Attico*

*Suadela melle dulcior:*

*Inter togatos primus, integerrimi*

*Princeps Senatus occidit.*

*Gallis vicissim Regibus carissimus,*

*Carus parenti Principum.*

*Honorum abundans, prole felix inclyta,*

*Clarissimisque fratribus,*

*Astrea quorum nunc stat & Pietas ope*

*Tanquam columnis æneis*

*Innixa, pariter nobili CHEVERNIO*

*Custode sacri Scrinij:*


*Vt mente vidit imminentes prouida*

K ij



Belli procellas ciuici,  
 Hosti stupendis mœnibus Lutetiam  
 Praefectus vrbi muniit.  
 Expers acerbi fellis, haud cuiquam nocens,  
 Benignus aduersarijs:  
 CHRISTI professus nomen, & canam fidem,  
 Vitam piam exegit piè.  
 Qui tot per annos munus obierat suum  
 Assiduus vsque & peruigil,  
 Ter quinque peragens lustra, tandem publicis  
 Indormiit laboribus,  
 Luctus querelam minuit, ortum seculo  
 Deterrimo miraculum.  
 Qui dira iustis monstra iudicijs domat  
 Fulgens auito stemmate:  
 Quem non Thetis marina, sed prudens Themis  
 Casto educauit in sinu:  
 Successor absens lectus est socero gener,  
 Virtutis haeres patriæ.

P. PREVOTIVS Curiaë Paris.  
 Secretarius F.


 Rdinis vt vidit princeps nullo ordine verti  
 Cuncta, suasque iterum Gallos spirare ruinas,  
 Et coniuratas in mutua funera partes:  
 Quinetiam calum terris grauiora minari,  
 Quid moror ulterius meliorem cernere vitam,  
 Et me depositis iam iam subducere rebus?  
 Dixit, & amplexus caros cum coninge natos  
 (Heu fatis, Auguste, aberas. id defuit vnum  
 Cetera perpetuo felici) plenus honorum



*Annorúmque, vltro terras hominésque reliquit.*

*Inunc, & vana fortunam voce laceffens,  
Si locus est lacrymis, ipsam te Gallia plora.*

**I***ustitio insolito tibi Curia pulla parentans,  
Ordinis ó princeps, quod pote, iusta facit.  
Parce bonus, manes placidos nec postuma ledant:  
Qua defunt, tecum, heu, sustulit atra dies.*

CHRISTOPHORO THVANO  
SVMMI NVPER ORDINIS  
SVPREMO PRÆSIDI CVRIA  
ORBA NON SINE LACRY-  
MIS P.



P. PITHOEVS F.

**F***Vnere Tuthai confestim ecce omnia luctu  
Misceri: ac, concussa foret ceu machina mūdi,  
Naturæ ruere in se elementa, retróque redire.*

*Nanque aded turbatus agri vitisque colonus  
Interrupto opere omni urbem petit. Incola contrà  
Urbanus fugiens funestam deserit urbem.*

*Curia, consulti, Prætor, sanctusque Senatus,  
Omnes communem mæsti fleuere parentem.*

*Iam regni proceres, iamque omnis regia mæret.*

*Ingrediturque gener pullatus principis aulam  
Quæstor, & incessu soceri noua funera monstrat.*

*Regius afflictis fraterque & filius absens*

*Sincerum queritur Quæstorem rebus abesse.*

*Reginæ, Rex ipse suum quoque Nestora querunt.*

*Quid referam pecudum planctus? turbamque fidelem*

K iij



Abstinuiffe canum somno potúque cibóque?  
 Atque suas domini mortes optasse propinquas?  
 Ipse pater refluo consternens Sequana cursu  
 Lata sata, atque noui quatiens fundamina pontis,  
 Munus ab hoc cœptum peragi indignatus ab vlllo,  
 Nympharum comitum lacrymas Deus exprimit omnes,  
 Intremuere aura, tonitru calum omne remugit,  
 Brumales arsere ignes, dirúsque cometes  
 Solis iustitia prædixit funera Francis.  
 Ergo diu nostris auertens lumina Phœbus  
 Tethyos in gremio latuit, fraternáque ducens  
 Funera, bis quinas lucas mortalibus agris  
 Inuidit: donec tandem pius appulit urbem  
 CHRISTOPHORI gener alter, & huic successit A-

CHILLES,

Fædè spurcatos templis qui instaurat honores,  
 Iudicys æquo verum moderamine reddit.  
 Terret Achillea porro virtute gigantes.

Maacte ergo virtute ista: iam tempus honorum  
 Iam patriæ, ac propriæ maturos accipe laudis  
 Fructus: ac soceri tu lampada porrige nato:  
 Nato, cui regni partes, tractúsque per omnes  
 Erranti, patrios, eheu decorare supremis  
 Officijs manes, fatis, haud contigit, acto.

Agenno Nitiobrigum mense Decembri

M. D. LXXXII. ANT. Ois.





## AD CL. V. IAC. AVGVSTVM

EMERIVM REGIVM CONSILIA-

rium, obitum amplissimi viri

CHRISTOPH. THVANI

lugentem,

## ELEGIA.



*T* merito. quis enim simili virtute parētem  
 Fleuit in indignos filius ire rogos?  
 Quis pietate parem? aut, vere cui plura re-  
 ferret

*Accepto, referunt quæ bona cunque boni?*

*Ille, AVGVSTE, tibi producto in luminis oras*

*Addidit illustris nomina tanta domus;*

*Nomina, quæ serie sæclorum Gallia longa,*

*Consilijs regum nobilitata, colit:*

*Ille propinquorum florem, pulcherrima regni*

*Lumina, præsidium grande decusque dedit:*

*Ille & opum partos recte ac congeffit acervos;*

*Clauderet vt nullo vita beata gradu.*

*Parua loquor. quanquam est magnis optabile nasci,*

*Datque genus genium, neruum & honoris opes.*

*Parua tamen. nam sæpe fluunt his vndique circum,*

*Maiorum doleas quos maculare decus.*

*Nempe foris nobis quæ fors hera commoda donat,*

*Ex vsu bona sunt vel mala cuncta suo;*

*Et, simul hæc eadem voluit fortuna, recedunt.*

*Fortuita instabili stant que cadunt que pede.*

*Norat id egregie clari sapientia patris,*

*Nec satis ex illis credidit esse tibi,*

*Virtutum porro nisi perduxisset in arcem,*

*Vt que ipsum nosset te penite, faceret.*



Ergo animi nubes & tetra turbida noctis,  
 Infusa puero relligione, fugat.  
 Et summum sperare Deum, obseruare parentes,  
 Regis & imperijs inuigilare monet.  
 Præter & hæc, teneras annis iuuenilibus artes  
 Inserit, & Latio conducet ore loqui;  
 Conducet & Graio: Musis vt comminus vti  
 Posses, nec fatui interpretis esset opus.  
 Omnis enim doctis primum sapientia Graijs  
 Proditæ, posterius venit ad Ausonios:  
 Imperfecta tamen; nisi lingua vtraque subactus  
 Hinc sibi quis fructus & simul inde legat,  
 Exemplis, AVGVSTE, tuis. cui cerea mella  
 Attica Romano nectare sparsit apis:  
 Dum tibi Aristoteles fandi præcepta ministrat,  
 Verborumque vnda Tullius ipse rigat.  
 A quibus Aonidum furtim cum repis in hortos,  
 Qualibet occentas lene sacrumque chely.  
 Quid loquar aut rerum naturam, aut omnia nostro  
 Sacla per historiae nexa priora plagas?  
 Quid vitæ & morum perceptam planitus artem?  
 Quæque regit populos lataque regna soror?  
 Et priuatorum quæ certo examine caussas  
 Ponderat, ac iusto iurgia iure secat?  
 Vnde tibi sollers rerum prudentia creuit:  
 Vnde tibi prisco stemmate dignus honor.  
 Cum te patritio vestigia ferre Senatu  
 Per proauum trabeas regia cura iubet.  
 Ista quidem per te studio ingenioque potitus:  
 Iuuat at instantis vox monitusque patris.  
 Sic cursu Elea primos qui vicit arena,  
 Si tamen exstimules, se quoque vincet equus.

Ergo,



Ergo, quod ortū, opibus, studijs, pietate, togaque  
 Magnus es, & magni hæc munera patris habes,  
 Iure diu luges multumque, AVGVSTE, suprema  
 De te promeriti tam bene fata senis.  
 Fas est, defunctos semper meminisse parentes.  
 Præcipue talem fas meminisse fuit.  
 Ipsa parens querula quem Gallia voce requirit,  
 Post dominos patriæ fassa fuisse patrem.  
 Quem populus mæret, normam iurisque bonique,  
 Eheu, secum & ius & sepelisse bonum.  
 Quem castrensis eques, urbanaque curia deflet;  
 Quem plebs ex æquo plangit, & ordo sacer.  
 Ipsum etiam HENRICVM tam sauo funere regem  
 Turbatum, lacrimis incaluisse ferunt.  
 Ille nec egroti Medicos orare salutem  
 Destitit, humanam si via ferret opem;  
 Ac sponte inuisens, & maiestate verenda  
 Depositi curas mulsit, & ore sacro.  
 Nec mirum. summi summa qui laude Senatus  
 Princeps, legiferum rexerat imperium:  
 Altera qui fuerat magnorum dextera regum,  
 Nestor & HENRICI principis vnus erat:  
 Non Pyllo inferior pellaci nectare linguæ,  
 Non animi cauta vi sapientis, erat;  
 Iustitia, maior. nam seruantissimus æqui  
 Aurea restituit, Gallia, sæcla tibi;  
 Astraamque minis fugitiuam ex orbe malorum  
 Rursus ab ætherijs traxit ad ima locis:  
 Ius pariter reddens summis æquabile & imis,  
 Fraude moratores impediensque sua.  
 Cui non affecto damnis e fece popelli  
 Auxiliatrices attulit ille manus?



Cui non occurrit, quem purpura terruit, vltro  
 Cunctantemque rogans, consilioque iuuans?  
 Adde quod in miti clementia pectore sedem  
 Fixerat, & nullo sanguine latus erat.  
 Non dominis suasit, caetera inurere membris;  
 Cum pote fomentis mollibus esse locus.  
 Malebatque bonos ciues fecisse videri,  
 Tollere quam questu cum grauiore malos.  
 Cumque exarsissent passim ciuilia bella  
 Et ruerent agerent omnia Martis opes,  
 Aut quos flagitia vrgebant art. aequae domi res  
 Publica priuatis accumulare mala;  
 Hic pacem suadere bonis, & pessima semper  
 Ciuilibus clare pandere discidij:  
 Donec discordes animos concordia iunxit,  
 Voto & consilio magne THVANE tuo.  
 Sed quid ego ingredior tam paruo carmine tantum,  
 Dicere diuini tot benefacta viri?  
 Non decet ingentes leuiter deducere laudes,  
 Vix satis heroo quas erit ore loqui.  
 Mæonius magno decurrat in æquore currus,  
 Conuenit exiguis orbita parua rotis.  
 At tu caussa licet tibi sit iustissima luctus,  
 Et pateat curis area lata tuis,  
 Parce tamen nimis indulgere, AVGVSTE, dolori:  
 Et de crudeli desine morte queri.  
 Omnes fata manent: morimur iuuenesque senesque.  
 Et vita ex vsu est longa breuisque suo.  
 Felix, qui potuit cursum miserabilis æui  
 Semper inoffenso deproperare gradu!  
 Et vita fugiente Dei se credere fidæ  
 Impavidum, sortis spe melioris, opi.



*Scilicet ut mens est nostrum sua conscia cuique,*

*Sic miser ille dies, siue beatus erit.*

*Felix ergo tuus, genitor, doctissime, felix!*

*Ætas cui sancte transita tota fuit;*

*Dedita communi priuatorumque saluti,*

*Et nixa in facilem speque fideque Deum.*

*Et compar vitæ, placidôque simillima somno*

*Mors fuit, ac iusto non nisi iussa die:*

*Cum te, cum generos amplis in honoribus omnes*

*Incolumem totam conspiceret que domum.*

*Sic abeunt, quorum pietati debitus æther,*

*Quos æterna pijs gaudia mista manent.*

*Illic lætitia non intereunte Thuanus*

*Fungitur, humanas ridet & inde minas:*

*Nec sua vult vano plorari funera planctu,*

*Sed per fixa pedum tendere signa suos:*

*Et bene de patria, de ciue, suisque mereri;*

*Virtutum & quoduis semper amare genus.*

*Quod facis, & facias precor, applaudente parente,*

*AUGVSTE, & felix, sospes & usque, senex.*

*Vt tua per patrios ætas decurrat honores,*

*At patrios vincat longa senectæ dies.*

*Interea tanti sæclis transcribere patris*

*Perge per Aonios nomina sancta modos.*

*Aonides vitam reparant morientibus vna,*

*Et seræ famam posteritatis habent.*

*Carmina quem memorant Musis effata secundis,*

*Viuat, & humano semper in ore volat.*

*Et tumulum pone, & tumuli titulumque tholumque*

*Præteriensque oculo quod rapiente legat:*

*ÆMERIVS TITVLVM MAGNO ET MONI-*

*MENTA THVANO:*



ORBA TVO MECVM GALLIA PATRE  
DOLE.

IANVS GVLIELMIVS.

EPICEDIVM.

**B**ECCE novos fortuna tibi, mea Gallia, luctus  
Suscitat, inque tuam coniurant fata ruinam,  
Et post mille mali facies, post funera mille  
Heroum, diuis quos Martius hausit iniquis  
Impetus, & strictum cognata in viscera ferrum,  
Ecce tuas condis funesto mœsta sepulchro  
Reliquias, cæca penitusque absorpta procella es,  
Ingentem postquam mors abstulit atra THVANVM,  
Ploraturque tuum tam tristi in funere funus:  
Iam spes si qua tuas superauerat ultima pœnas  
Hactenus, heu tenues longe diffugit in auras.  
Luge ergo æternum nigris immersa tenebris,  
Non lacrimis oculi careant, non pectora planctu:  
Nam quæ sollicitas solatia flectere mentes,  
Aut duro sensus poterunt auertere casu?  
Ille THVANVS obit, qui seruantissimus æqui  
Augusto princeps reddebat iura Senatu,  
Quemque inter varios toties iactata tumultus  
Publica res, vnum rebus suspexit in arctis,  
Seu sine more furens, trepidamque vagata per urbem  
Seditio, armatum exciuit per compita vulgus,  
Seu proceres toto miserati incendia regno,  
Euersosque lares, viduatas ciuibus vrbes  
Funerâque insontis populi crudelia, tandem  
Cæpere ardentes bellorum extinguere flammâs,



Discordesque animos æqua componere pace.  
 Ac veluti magno in pelago, cum sedibus imis  
 Excitus, ingentes seuit Neptunus in iras,  
 Concussoque salo, vasto modo pandit hiatus  
 Regna Iouis Stygij, modo fluctibus astra laceffit,  
 Spumeaque irato sub numine littora plangunt:  
 Interea miscent animosi praelia venti,  
 Turbidus horrendis quatiturque fragoribus ær:  
 Stat contra medijs proiecta immobilis undis  
 Immanis scopuli moles, surdasque procellas  
 Despiciens, frangit decumani verbera fluctus.  
 Haud aliter, Gallos quo tempore crudus agebat  
 Lethalis belli furor, & discordia frendens  
 Longa minabatur sanctarum obliuia legum,  
 Cum misero exilio squallens Astræa, Fidesque  
 Cederet, & solis ius censeretur in armis,  
 Magnanimi opposuit sese mens dia THVANI,  
 Consilijque innixa bonis respublica, tandem  
 Eluctata feros inter caput extulit æstus:  
 Ipsa licet ruptis prorumpens undique frænis  
 Impietas, omnes scelerum laxaret habenas,  
 Perstitit immotus tamen, inuictusque satelles  
 Virtutis, iurique suos seruauit honores.  
 Callida non illum fraus, aut fœcunda malorum  
 Ambitio, ad summos insignem euexit honores,  
 Militiæque ducem sanctum dedit esse togata,  
 Non procerum obsequijs grassatus, & arte sinistra  
 Fallaces auras regum captauit in aula,  
 Turpia venales neque per commercia fasces  
 Debita virtuti furatus præmia, capit:  
 Sed faustis diuum auspicijs, iuuenilibus annis  
 Difficilem certus virtutum insistere callem,



Eloquio trepidos defendit saepe clientes,  
 Inclusumque vagis causarum ambagibus æquum  
 Eruit, & litem nunquam suscepit iniquam,  
 Implevitque forum fama, summisque patronis  
 Inde sua multas offudit luce tenebras,  
 Nocturnas inter micat ut vaga Delia flammæ.  
 Non iam Roma potens armis, non Græcia mendax  
 Eloquij antiquis cantet duo fulmina chartis:  
 Illa, suos Marcum Catilinæ e cade triumphos  
 Iactantem populo, qui libertate subacta  
 Immeritas dedit, Antoni, tibi sanguine pœnas:  
 Hæc, olim Æmæthij iuratum nominis hostem,  
 Qui solo ore minax, & Martis segnis ad usus,  
 Armatum frustra voluit terrere Philippum.  
 Inde ubi paulatim crescens maturuit ætas,  
 Consilium hinc omnes petere, & quid rebus agendum  
 In dubijs, & aperta domus noctem usque clientum  
 Ingentem totis reuomebat ab adibus vndam,  
 Queis responsa dabat, non qualibus augur Apollo  
 Illudens falsa pietatis imagine mentes,  
 Nunc Pirrhum ancipiti necquicquam carmine hiantem  
 Romano infestis fecit concurrere signis:  
 Nunc Cræsi peruertit opes, belloque cruento  
 Lydia Achæmenio submitit regna tyranno.  
 Certa viri consulta, velut quæ scripta reliquit  
 Integer ille æqui custos, & iuris asylum,  
 Qui minimam metuens alieno in crimine culpam  
 Maluit iniuste submittere colla securi,  
 Quam tegere infamem fraterno sanguine regem.  
 Hinc spectata diu, magnisque exercita rebus,  
 Præmia digna tulit virtus, seque obtulit vltro  
 Tantorum merces non contemnenda laborum,



Atque impar tamen : in summo sedet ecce Senatu  
 Egregius Præses : sed adhuc meliora manebant  
 Fata virum : paucos Phæbus vix mensibus orbes  
 Egerat exactis, summi fastigia honoris  
 Cum delata, Thuane, tibi nil tale petenti,  
 Sacratique ingens commissa est cura Senatus.  
 Ecquis erit venerande senex, qui carmine digno  
 Nunc canat, attonitos quo tu moderamine ciues  
 Rexisti, donec furialibus effera tadis  
 Impleret rabido terras Bellona tumultu?  
 Non ego, vel pleno biberim si gutture fontes  
 Aonidum, dederitue suas in carmina vires  
 Calliope, aut vatum Præses descendat Apollo.  
 Quid memorem exhaustas vigili tot pectore curas,  
 Vtque suam afflictis deuouerit ille salutem  
 Pro patriæ rebus, nec sortem expauerit vllam?  
 Testis erit populi cumulatis squallida nuper  
 Funeribus, crudoque infecta Lutetia morbo,  
 Cum toto Autumni vis seua incanduit æstu,  
 Serpebatque nigrum mala per contagia virus:  
 Ecce omnes ruere ad portas, patriosque Penates  
 Deserere, atque alio sedes exquirere cælo.  
 Cuncta strepunt frémitu vxores & cara trahentum  
 Pignora, & in vacuis vicis noua pullulat herba.  
 Tu tamen atrocis Libitinæ tristia regna  
 Nil veritus, Parcas & proxima quæque metentes,  
 Acrior exurgis, clauoque immotus adheres,  
 Et facem populi, quam desertæ vrbs imago,  
 Resque angusta domi, scelus abripiebat in omne,  
 Consilium, tuaque vnius præsentia mire  
 Composuit, pacem rediuiuæ reddidit vrbi,  
 Et sua firmati rediere ad munia ciues.



Heu pietas! postquam vitali ereptus ab aura es,  
 Perculit indigno nimium nos vulnere Parca.  
 Nempe elementa tui nobis prænuncia fati  
 Sollicitas implere noua formidine mentes  
 Debuerant, furua cum sol ferrugine tectus  
 Inpexum Eois caput attollebat ab vndis.  
 Vidimus in lacrimas v dum considerare calum,  
 Miscentemque cauos Austrum per inane fragores  
 Præcipites nigris prouoluere nubibus amnes.  
 Ipse pater glauco crines præinctus amictu  
 Late exundantes versat dum Sequana fletus,  
 Flumina consociant que suum vicina dolorem,  
 Turgidus oppositas euicit gurgite ripas.  
 Scilicet hæc miseram te, Gallia, fata manebant,  
 Hæc iactura tua est, hæc te vnam incommoda tangunt:  
 Non illum, quem corporea iam mole solutum  
 Indigetem, & vita colimus potiore beatum:  
 Quis nisi mentis inops miserum putet esse Thuanum,  
 Quisue vicem magni velit ingemuisse Thuani?  
 Qui liquidi puris nunc vescitur ætheris auris  
 Concilio immistus Diuum, & conuiuia Tonantis,  
 Felix morte sua, terraque ereptus inertis.  
 Saluete æternum, calo saluete recepti  
 Felices manes, nostrasque audite querelas,  
 Rerum humanarum superis si sensus in auris,  
 Vt vestra virtute, fuit dum vita superstes,  
 Emersit diras inter respublica clades,  
 Sic precibus vestris, votisque euictus Olympus,  
 Depluat in Gallos melioris tempora seculi,  
 Lætaque fæcundo descendat copia cornu.  
 At tu nec lacrimis, nec finem impone querelis  
 Gallia, nec cessa surdos incessere Diuos,



*Et tumulo hæc inscribe tui monumenta doloris.*

HIC PRÆSES, PATRIÆQVE PATER IACET,  
ILLE THVANVS  
NOMINE QVI TERRAS, ANIMO MAGNVM  
IMPLET OLYMPVM.

P. LAMONIVS F.

**H**oc erat, hoc vulnus, quod pridem Gallia tātis  
Cladibus, & tantis præsenferat anxia mōstris:  
Inuenere viam fato inuida fata, suamque  
Concidit heu rursus infelix Cassandra sub artem.

Horrendum nequissime adeo præuisa cauere,  
Quanquam vicenum numerabant signa Decembrem.

Tot monitus, tot nostrarum læua omina rerum,  
Successura quibus, Præses, tua fata latebant.

Quippe nihil Manes hominum præuisa morantur,

Et plus Tiresias illic videt Amphiarao,

Vt non extiterit tanti ignoranda videre.

At quia supremum nutabat Gallia, in vnum

Singula contumulans duxit sua funera funus.

Aliud eiusdem.

**A**mbos lumina Gallia togata,

Cognatum decus, arrogata virtus,

Hinc socer, gener inde purpurati,

Dictabant modo summa iura bini,

Alter proximus alteri priori:

Cessit consilijs socer Deorum,

Mox summum gener orbis in tribunal.

Mutatis ita neuter inuidebit.

MART. MONERIVS Burdeg. F.



**S**Oleil, non de Paris, ains de toute la Frâce,  
 Tu te vas eclipser? ame viue des lois,  
 Oracle de Themis, las! tu deuiés sans vois?  
 Astree, tu pers donc tes pois & ta balance?

O terreur des meschans, ô des bons l'esperance,  
 Les delices du peuple, & le conseil des Rois!  
 Grand D V - T O V, tu t'en fuis. car, sage, tu preuois  
 Le proche exil du Droit, d'Honneur, & de Cōstâce.  
 Ma Frâce, hà que ie crein ton prôt trebuchemēt!  
 Que ie crein que le ciel delache viftement  
 Contre tes foibles murs les canons de son ire!

Non: sans doute Vulcan, Vulcan vient, furieux,  
 Embraser ta maison, puis que le ciel retire,  
 Pour les sauuer du feu, ses meubles precieux.

G. SALVSTE S. du Bartas.

**C**omme quand la rigueur d'un huiuer impi-  
 teux

A gasté l'ornemēt dōt la terre estoit belle,  
 Et pour toutes beautez ne se void plus en elle  
 Que frimas, que broüillas, que tourbillōs véteux.

Si quel que fleur d'esslite en vn parc odoreux  
 Se conferue au milieu de la saison cruelle,  
 Sa beauté qui nous rit en nos cœurs renouuelle  
 Vn ioyeux souuenir du printemps plus heureux.

Ainsi D E - T H O V luisant en ce tenebreux âge,  
 De l'antique vertu nous restoit vne image  
 Que le malheur du tēps n'empeschoit de florir.

Mais l'horreur de la Mort, cōme vn triste Boree,  
 A rai dans le sein de la France exploree  
 Ceste diuine fleur qui ne deuoit mourir.

SC. DE SAINTE MARTHE Thresorier  
 general de France.



## STANSES.

**P** Assant, quicōque sois, ne va point plus auāt,  
 Tu pourras de ce lieu t'en retourner sçauāt,  
 Ayant cogneu celuy qui gist en ceste biere:  
 Tu verras que l'honneur, les moyens, le sçauoir,  
 Et toutes les vertus que quelqu'un puisse auoir,  
 Ne sçauoyent retarder l'ordonnance derniere.

Mais pour cōnoistre mieux quel estoit son re-  
 Il suffit que tu sois informé de son nom, (nom,  
 C'est CHRISTOPHLE DE THOU, qui fut  
 toute sa vie

Amateur d'équité, iuste vengeur du tort,  
 Des vices ennemy, de vertu le support,  
 Et qui, fors de biē viure, au cœur n'eut poit d'ēuie.

Sur luy seul du Conseil reposoit tout le faix,  
 Le iour sans quelque affaire on ne le veit iamais:  
 Et la nuit au repos des humains ordonnee,  
 Il n'auoit à grand' peine vne heure sommeillé  
 Que du soin de l'État il estoit refueillé,  
 Pour trauailler la nuit autant que la iournee.

Il fut de tout le peuple aimé pour sa douceur,  
 Et respecté de tous pour sa douce rigueur,  
 Estant d'un naturel gracieux & seuer:  
 Sa douceur inuitoit les bons à faire mieux,  
 Et sa seuerité terreur des vicieux,  
 Les retiroit du vice & les faisoit bien faire.

Tout ainsi que Nestor des-ja vieil & cassé,  
 Quand il fut pour iamais du combat dispensé,  
 Donnant conseil aux Grecs fortifia leur terre:  
 Ainsi ce grand De-Thou, de tous tant regreté,  
 Remit par son conseil la France en seureté,  
 Vtile également & en paix & en guerre.



Nestor qui se doutoit du danger apparent  
 Fit dans le camp des Grecs cesser tout different,  
 Gardant Agamemnon d'estriuer contre Achile:  
 De Thou sçachât qu'un regne où se met le discord  
 Se destruit à la fin, vaincu par son effort,  
 Fut autheur d'appaier la discorde ciuile.

Ce Nestor ne peut onc par son langage doux  
 Faire que son auis fust approuué de tous,  
 Se trouuant maintesfois repris du ieune Vlysse:  
 Mais De-Thou n'eut si tost proposé son auis,  
 Que ses sages discours estoyent de tous suyuis,  
 De ceux à tout le moins qui aimoyent la police.

Qui plus est il auoit les vertus en effet,  
 Qu'Homere pour d'escrire vn conseiller parfait  
 Sous le nom de Nestor, en ses vers nous raconte:  
 Et d'autant que le vray passe la fiction,  
 Et que toute puissance est moins que l'action,  
 Nostre Nestor François le Grec Nestor surmôte.

Si bien que ce Nestor tant estimé des Grecs,  
 Fut vn nom par le poete inuenté tout expres,  
 Pour môstrer q' De-Thou ce Nestor deuoit estre:  
 Mais ainsi que De-Thou de tout poinct egaloit  
 Les vertus de Nestor, tout de mesme il falloit  
 Que trois siecles il veist, comme Nestor, renaistre.

Il auoit veu passer septante & quatre huiers,  
 Quand du badeau mortel ses yeux furent couuerts,  
 Au commun detrimet de France qui le pleure:  
 Le terme de ses iours heureusement passez,  
 Comme egal à ses vœux, le contenoit assez.  
 Mais, las! pour son pais sa mort vint auant l'heure.

Sans toutes les vertus dont De-Thou fut doué,  
 De-Thou, dont le merite estant trop peu loué,



Fait taire en cest endroit ma muse peu faconde:  
 Sa mort suffit, Passant, pour te monstrier combien  
 Tout le temps de sa vie il fut homme de bien,  
 Car sans douleur aucune il partit de ce monde.

Enuers luy seul la Parque addoucit sa rigueur,  
 Iamais il ne changea de poil ny de vigueur,  
 Et franc de maladie il veit passer son âge:  
 Chose rare auiourdhuy : mais ne t'estonne pas,  
 Que rare soit la vie & rare le trespas  
 D'un qui fut en son temps si rare personnage.

Or, Passant, c'est assez, apprens à viure ainsi:  
 Mais auant, pour le moins, que tu partes d'ici,  
 D'honorer le defunct de ces mots te souuienne:  
 TOY DONT L'AME EST AUX CIEUX, ET  
 LE CORPS EN CE LIEV,  
 DE THOV, IE TE SALVE, ET TE VIEN DI-  
 RE ADIEV,  
 APPRENANT PAR TA VIE A BIEN RE-  
 GLER LA MIENNE.

ROBERT ESTIENNE.

Εἰς τὸν αὐτόν.

**Α**κμάζων τ', τε σῶμα, καὶ εἰσέτι ὦν μνηνοδριξ  
 ἐπὶ ἀετῆρ' δεκάδας θνήσκε Θουαῖος ἰδών·  
 μὴ τ' αἰεὶ καθαρώς ζήσομεν Θουαῖον ἐλέγχι,  
 μηδέ οἱ ἐν τῷ ζῆν ἄγχιος ἀναπτόμενοι;  
 καὶ μέλ'. ἐπεὶ τήκειν νέότης εἴωθεν ἀσελγῆς  
 ἄφρατα, καὶ πολὺν δριξὶ παρώρον ἀγῆν·  
 εἰ μὴ χρηστὸς ἔοις, δρετῆς ζέειε τῆς σευ ὄναμο,  
 βίφημοις τ' ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὑφάρτε τ' αἴφου·  
 εἰ δὲ κακὸς, χρηστοῖο μαθῶν βίου ἐνθάδ' ὄνησας,  
 ἐνθάδε διορθῶσαι μνήσανε σεῖο Ἔποις.

Ρώβερτος Στέφανος.

M iij



E Græco expressum.

**V**iribus indomitis & adhuc nigrante capillo  
 Ter quina interijt lustra Thuanus agens.  
 Fallor an hinc castè semper vixisse Thuanum  
 Conset, & in vita non habuisse notam?  
 Sic est. nam turpis vires abolere iuuentus,  
 Et capiti canos accelerare solet.  
 At tu, si bonus es, virtutis macte, Viator,  
 Inque boni busto die bona verba viri.  
 Sin malus, hinc vitæ sinceræ commoda discens,  
 Quo melius viuas hinc quoque disce modum.

Ad Galliam.

**G**allia ne doleas: HARLEVS quippe THVANO  
 Successit, socero par probitate gener.

ROB. STEPHANVS.

Eis τὸν αὐτὸν.

**Υ**πὸς Αεισιδῆος Κηρυτῶν τε κριτῶν τε Θυανεὺς  
 πᾶσι θεμιτεύσας ἀγὲν ἀδωρότατος·  
 ὡς δῆρ' ὁμοῖς τε νόμοις καὶ ἀθεσμοβόλοις ἀμα πόρτας,  
 καὶ θέμιν ἐς μακάρων οἶδεν ἀποπλάμδρῳ.  
 οὐκ ἔτι ηὖ ἄσασα χροινιώτερον, ὅσπερ ἡ ἀείρας  
 βύζαντο, καὶ πέθανεν κόσμον ἀπειπάμδρος.

Ρώβερτος Στέφανος.

AD I A. AV G. THVANVM  
 CH. F. Sen. Consolatio.

**N**ON ego mærori spondens solatia tanto  
 Aduenio, nec enim dextra lethale deceret  
 Contrectare rudi vulnus, nã nostra Thuane est  
 Impar, & tantos ars nescia sistere fletus.



*At fœcunda malis si fata dedere dolendi  
 Libera fræna animæ, durosque eludere casus  
 Mœstitia, lacrimisque graues corrumpere curas,  
 Accipe me sociumque tuo committe labori.  
 Non etenim tecum dubitem certare dolendo.  
 Credo equidem fati cum primum fama paterni  
 Nuntia facta tibi est, tua vox audita recenti  
 Vulnere læsa, acres plangore referre querelas,  
 Et concussa nouo, mens, & turbata tumultu  
 In gemitus, variosque effundi visa dolores.  
 Nempe id agit natura suos dum pectore toto  
 Excutit affectus natiuaque semina amoris,  
 Quis dolor interea noster testabere quisquis  
 Obuius aduerso mihi tempore se tulit isto.  
 Vos desiderij fidi mea lumina testes,  
 Manantesque oculis lacrimæ, & tot gutture fracti  
 Singultus, trepidæque animæ per viscera fluctus.  
 Te Musa antestor pietatis conscia nostræ,  
 Dic age quanta mihi suspiria pectore anhelò  
 Feruere, & insolitos erumpere videris æstus,  
 Illa senis quoties veneranda obuerset imago,  
 Et faciles mores, & sermo simillimus illis,  
 Prisca fides, & amicitia certissima verba.  
 Æternum me flere decet, iam flumina mersis  
 Exundate genis riguique madescite vultus,  
 Non tamen æquari poterit iactura dolendo.  
 Sic sæpe æternas iuravi pendere pœnas,  
 Acceptoque parem damno exsudare laborem:  
 Verum vbi sollicitas exercuit anxia mentes  
 Cura, nec vlla venit requies finisque gementi,  
 Qui fructus tanti, quæ messis tanta laboris?  
 Hæ sola lacrimæ, sola hæc suspiria. Nanque*



Ægrefcit meditando dolor, reputata nouantur  
 Funera, & audaces offendunt numina questus.  
 Illa subit noſtram ſimulac meditatio mentem  
 Pœna etſi iurata mea eſt, tamen afficit horror  
 Relligioque animum. facies quin ipſa **THVANI**  
 Sæpe patris medijs ſe in luctibus obrulit illo  
 Quo reuerenda bonis, prauisq; timenda ſedebat  
 Ore, ſubiratis ſoluitque ſilentia verbis.  
 Quis furor eſt, inquit, cineres vrgerè quietos  
 Planctibus, & triſti felices carmine tantum  
 Sollicitare animas, animasque repoſcere celo:  
 Officium pietatis, an hoc magis impia vere  
 Inuidia eſt: meritos celi quæ luget honores  
 Manibus offerri noſtris, num vita peracta  
 Tam miſere noſtra eſt, vt non miranda ſuper ſint  
 Plura ex relliquijs vita, quam ex morte dolenda?  
 Vixi & quem dederat curſum natura peregi,  
 Nec noſtra pars vlla vacat ſolamine vita.  
 Nobilitas patriæ generisq; excepit ab ortu  
 Naſcentem, donisq; ſuis cumulauit abunde  
 Natura, ingenij venam largita benignam.  
 Prima Dei cultus edocta puertia, & artes  
 Ingenuas, iuris ſtudijs, adoleuit, adultum  
 Excepere virum mirata palatia lingua  
 Ingenijque aciem, magis at mirabilis illis  
 Noſtra fuit probitas, cui ſit facundia raro  
 Fida comes, ſtimulis ſæpe ambitionis abacta.  
 At fora dum noſtro video contexere laurum  
 Eloquio, afflictasque meos permittere ciues  
 Noſtris fortunas reſponſis, præmia nota  
 Debita virtuti ſuccedunt. Inſula texto  
 Auro ornatur lausque ex murice clauus.

Tunc



Tunc vbi priuatas lites vel publica iura  
 Dirimere officij nostri fuit, integra quantum  
 Mens fuerit, quantumque operi mihi sedula cura,  
 Ipsa fora in mœstos luctus effusa loquuntur.  
 Septem præteritis offert se messibus isto  
 Maior honos, nostri sio princepsque Senatus.  
 O qui tunc fluctus, quæ me exceperet procella,  
 Cum toto iurata suas discordia partes  
 Regno ageret, fureretque insano fœta tumultu  
 Gallia, nec pietas secura maneret in aris:  
 Vndique cum nostri quaterent luxata Senatus  
 Membra, fereque patrum maiestas lapsa iaceret.

At dicent alij, quæ nos prudentia tantis  
 Eripuitne malis pietas, misereque labantis  
 Quantus amor patriæ, dum per prærupta ruentem  
 Nec inuat audaces opponere viribus iras,  
 Nec decet obsequio virtutem prodere fœdo;  
 Ast inter medios anfractus illa tenenda  
 Semita, quæ nec nos multo interclusa periclo  
 Opprimeret, nec nos turpi ambitione notaret.  
 Sic stat adhuc nostris respublica Gallica felix  
 Consilij, & stat medijs erepta ruinis  
 Integra, fama viget nostræ sic integra laudis.  
 Nec vero inter tot curarum defuit æstus  
 Priuata fortuna domus; nanque optima coniux  
 Et nusquam cessura tuæ Cornelia laudi  
 Iuncta fuit, nostro sic discessura cubili.  
 Curis illa suis nobis tranquilla parauit  
 Otia, & oppressis patriæ succurrere rebus  
 Cara dedit, domui vigilat dum sedula nostræ.  
 Et iam lustra decem concors ea vita beatis  
 Incepta auspicijs durauerat, vltima cum mors



Diuisit, coniuxque pia mea lumina dextra  
 Condidit immoriens. Vita feliciter acta  
 Deseruere tamen nec fata nouissima cursum.  
 Pace animus placida compositus mira reuoluens  
 Facta Dei, sacrum humanae pignusque salutis  
 CHRISTVM caelestes velox emergit in auras,  
 Amplexusque petit primi gremiumque parentis,  
 Vt cum flamma suum diuisa recurrit ad ignem.  
 Sed neque lugubri caruerunt funere manes.  
 Nam simul ac fati supremi fama vagatur,  
 Heu quos vidisti quantosque, Lutetia, planctus.  
 Cum dolor ordinibus mæstis diuisus acerbis  
 Impleret lacrimis urbem calumque vlulatu,  
 Ecquis non toto luctus expressit amarus  
 Pectore, nostra foro dum animata reuixit imago  
 Eloquio, Brissone, tuo, memorisque Senatus  
 Et desiderio languentis cruda mederi  
 Vulnera, dum tentas, agrescuntque illa medendo.  
 Heu quantos & tu vidisti Sequana fletus,  
 Turgida feralem dum praterlabere pompam,  
 Luctibus & fluctus, & luctus fluctibus addis.  
 Sed gemitus spatijs inclusos currere certis  
 Condecuit, gemitusque istos solatia amicis  
 Esse, meo cum nil fortuna negarit honori.  
 Ergo nostra tibi virtus meditata recurrat,  
 Admiranda magis quam sors miseranda sepulcri.  
 Naturæ facit is conuicia, qui dolet ultra  
 Quam satis est, læsique animi prior impetus optat.  
 Talia dum meditor per cæca silentia noctis,  
 Multa subit ratio mentem, quæ multa dolentis  
 Demulcens animum, curarum frangit acerba.  
 Hanc audi, illa tuos medicata, Thuane, labores



Molliet, atque oculos dextra deterget amica.

Nam tibi quid toties lacrimæ voluantur inanes,

Et surdis cum nulla fiet miseratio fati,

Longa quid esse velis, mœrentibus irrita quæ sunt

Lamenta? haud pietas quantumuis magna, sorores

Vitæ fila semel truncata retexere coget.

Quinetiam officio tristi, & ploratibus illis,

Sollicitata quies turbatur manibus, & qui

Transmissis superest sensus, si cura nepotum

Tangitur, immodicis mœroribus indolet, atque

Afficit iratos humana iniuria Diuos.

Nam nimium quid gens diuis ingrata, queramur

Qua vitam ingredimur simili nos cedere vitæ

Conditione, ac si non restituenda darentur

Omnia, quæ humanos cælum largitur in vsus.

Heu querimur citius dulces occumbere soles,

Et nulla interea est transactæ gratia luci.

Ergo oculis lacrimas & pectore projice planctus.

Nam ratio lacrimis ni finem fecerit, vllum

Non faciet fortuna malis, numenve dolori.

Nempe dolor colitur lacrimis, & more deorum

Dat magis vt colitur causas magis ille colendi.

Vna tibi superest pietas, si dicta parentis,

Atque animo memori illa illustria facta reuoluas,

Dumque tuis patriam virtutem in moribus omnis

Agnoscit populus, simili se in imagine fallat.

Nec tantum perijsse virum respublica credat,

Cum te possideat certum respublica pignus,

Argumentum ingens. Nec enim mirabilis illa

Vt virtus patris est, sic est imitabilis vlli.

Vis tamen illa animi tibi partu innata benigno,

Affiduusque labor, rerum studiumque bonarum,



Qualibet insolito superabunt ardua nisu.  
 Fulmineæ ut pullos aquilæ cum prima iuuenta  
 Vis teneras fuluo duravit robore pennas  
 Insuetum per iter patria virtute volatus  
 Dirigere audaces, cæloque innare videmus.  
 Hac dum tu: sequerisque patris quo præuia monstrat  
 Gloria iter, fascès nato ostentatque sequenti,  
 Tota tibi vatum deuota caterua, parentis  
 Victuro viuos ducet de carmine vultus;  
 Ut viuis facies depicta coloribus illa.  
 Obscuret te magne Cato, te maxime Tulli,  
 Et quos non semper iactabit Roma theatris  
 Impune historia. studijs aduersa sed ista  
 Inuidere (malum) virtuti secula lucem:  
 Ast ætas veniet iamque aduenit aurea, cum pax  
 Mellea diffundet felicibus otia Gallis.  
 Tunc veluti populus maris omnis sole sereno  
 Exultat tremulum & summis caput exerit vndis,  
 Illuditque salo, & captat lasciuior auras,  
 Scriptorum letus chorus omnis pace benigna  
 Remigibus scindet pennis examine denso  
 Aera, Gallorumque genus super astra reponet,  
 Venturisque tui virtutem & facta parentis  
 Transcribet populis, æternaque tempora vitæ  
 Actæ addet, ne sit virtuti terminus æuum.  
 At mea Musa nimis tenuis sibi conscia vena,  
 Officium testata suum, testata dolorem,  
 Et luctus solata tuos, sese abdit, & ista  
 Quam enixa pietate potest, hoc carmine paruo  
 Quod memori signat tumulto, deponit amoris  
 Pignora sancta sui, & qui nunc debentur honores  
 Diua extremi animæ, venerandis manibus offert.



**E**T nos Vasconicæ proiecti ad tesqua Pyrenes,  
 Tanto interuallo, tam clara morte, fragorem  
 Sensimus ignotum, toto velut orbe reuulsis  
 Cardinibus pronò, cum mens immensa **THVANI**  
 Ad superos rediens mortales exiit artus.  
 Iam satis ille sibi, princeps in principe regni  
 Concilio, sed non patriæ satis atque saluti  
 Vixerat heu nostræ: cui cum splendere rogato  
 Contigerit, quantum nulli, vitæque per omnem  
 Et populis æquè iucundo & regibus æquè,  
 Precipui tamen haud potuit contingere voti  
 Summa, videret vti patriæ intermortua planè  
 Dissidia, & toto compressos æquore fluctus.  
 Magna quidem regni, propior pollentibus eius  
 Portio consilijs, sanæ stat reddita menti,  
 Et sua dedidicit proprio conuellerè ferro  
 Viscera, ciuilibus iam dudum oblita furoris.  
 Ast hîc longinqua nimum regione feroces  
 Colliduntur adhuc animi, nec tota valentis  
 Vis morbi, tanto procul adiutore, resedit.  
 Sed ne quid solidæ morienti laudis abesset,  
 Lecta Thuanæo migravit ab ordine classis  
 Vasconicæ quæ iura daret, daret otia genti.  
 Et iam compositis deferuent cuncta procellis,  
 Quodque obitu nequijt properato implere superstes,  
 Mortuus ille suis quasi præsens implet alumnis.

PETRVS CAMPANVS Petrocor.



## Iambi meri.



HUANVS ille iudicum integerrimus,  
 Bonis colendus, & timendus impijs,  
 Columna legum, & æquitatis arbiter,  
 Senator idem acutus atque diligens,  
 Vigil, memorque, blandus & clientibus:  
 Thuanus ille patriæ decus suæ,  
 Sacras meauit inde cælitum ad domos:  
 Cui Siuada melle dulcior fluens,  
 Grauisque risus, ac benigna comitas,  
 Superbientis hostis arrogantia,  
 Solebat alta temperare culmina,  
 Nec ille durus vt foret nec impotens.  
 Silete iura, vos silete iudices:  
 Apollo vester optimi caput chori  
 Procul beata transit ad palatia.  
 Thuanus ergo patrio solo occidit,  
 Vt ipse numen inter astra surgeret,  
 Sacre futurus vsque virgini comes,  
 Manu statera cuius aqua pendeat,  
 Nouo labore brachium Deæ leuans.  
 Fauete iura, vos fauete iudices:  
 Solum Thuanus, astra Virgo deserit,  
 Nouumque ducit aureumque seculum:  
 Vterque Diuus inde clarior micat,  
 Thuanus astra, Virgo Galliam incolens.

I. PINCAEVS.



## EPICEDIVM.



*V* quoque carminibus nostris eterna, THV-  
ANE,

Nomina, victurúmque addes defunctus ho-  
norem.

*F*amam alijs donent per carmina postuma vates,  
*A* te parta tibi est, à te mihi fama petetur:

*Tu* vati decus omne tuo, ceu diues Eoa

*Aurifici* de merce lapis, gemmaeque micantes

*Chrysolithus*, *Smaragdus*, viúoque ardore *Pyrópus*.

*Ergo* age *Phæbe* pater, vósque ò mea numina *Musa*,

*Mnemosynes* *Musa* genus aetherijq; *Tonantis*,

*Huc* operas conferte, manúsque aduertite mecum.

*Ingenio* possum quantum contendere quivis;

*Sed* pretium ingenijs vestro sine numine nullum est.

*Et* vos amissi tangunt quoque fata *Thuani*.

*Vester* erat, vestro supremum munus alumno

*Poscitur*, & *instum* facit hac iactura dolorem.

*Ille* etenim quanuis opera ad maiora vocatus,

*Et* coluit vestros, & amavit, & auxit honores

*Dum* potuit, dum vita fuit, nunc lumine cassus

*Expectat* tumulum, & meritos in funere versus.

*Vos* illi tumulum viridi de cespite *Diua*,

*Extruite*, & tumulo superaddite flebile carmen.

*Purpureum* date ver, & sarta recentia functo,

*Ac* sanctos vestris manes aspergite lymphis.

*Fallor*, an his etiam multò maiora paratis?

*Nanque* vbi depositum servat *Libitina* cadaver,

*Quattuor* aërium video per inane columnas

*Frontibus* aduersis, & bino desuper arcu

*Metiri* à terris ad cali nubila quantum est,

*Marmore* subnixas *Pario*, sed *laspide* fulua,



Assurgit labor, & senubibus arduus infert.  
 Aureus imposito fornix umbone tenetur,  
 Et radiat picta stellantis imagine mundi,  
 Pensilibus geminis lauróque oleáque coronis:  
 Quas inter medias altè se ciuica tollit  
 Querna quidem, sed fronde (ita dii voluere) perenni:  
 Incinctæ paribus per Iaspidas interuallis.  
 Leuiter adrepunt hederæ & fastigia prensant:  
 Ipsa quoque innumero variatur pegmate moles,  
 Et passim tituli, passim argumenta leguntur.  
 Hic genus antiquum, clarique à stirpe penates,  
 Nomináque & prisca, series numerosa THVANI,  
 Haud hesterna domus, subito neque condita censu.  
 Hic & opes, & honos, & auita gloria fama,  
 Atque suos inter regnatricis gratia ciues.  
 Nec procul hinc spatij quadrangula lamina iustis  
 Ære Corinthiaco geminas transuersa columnas  
 Occupat, & fuluis utrinque adpingitur vncis:  
 Versibus incisum tabula patet æquor athenæ,  
 Grandis & auratis apparet littera formis.

H V N C tibi pro meritis in se Phæbúsque Deæq;  
 Pro pietate tua, (pietas super omnia laudi est)  
 Pro patriæ, quo tu flagrasti semper amore,  
 Seruata legum pro maiestate tuique  
 Principis, asserta pro religione fideque,  
 Próque magistratu bis denos circiter annos  
 Egregiè semper gesto, famáque secunda,  
 Ingentem ingenti tumulum posuere THVANO.

Haftenus: & numero videas mensemq; diemque,  
 Adscriptumque annum correctis nuper in orbe  
 Romano fastis insignem, & morte THVANI.  
 Parte alia totus Libyco de dente politus



Artifici cura, pluteoque extructus in alto  
 Augustos cana præfert in imagine vultus,  
 Qualis erat cum purpurea solennia veste  
 Iura daret, circum astarent in murice Patres:  
 Tum subiecta breui legitur membrana tabella.

Quem referent exempla parem? cui contigit hæc laus  
 Vrbe loco prima, primaque in sede Senatus  
 Bis denos rectum clauum tenuisse per annos,  
 Idq; per infames bellis ciuilibus annos,  
 Dum tot fæta malis, tot fæta furoribus intus  
 Æstuat, & rerum confuso fœdere gaudet  
 Gallia, Bellonæ templum & crudelis Enyûs.  
 Ecce autem in foribus patriæ lugentis imago  
 Crinibus ad terram passis, peploque fluente,  
 Atque vnâ mæsto lacrimosa Lutetia vultu,  
 Illa patrem, hæc raptum sine fine requirit alumnum.  
 Stant populi circum, & magnæ sub mœnibus altis  
 Centum vrbes, urbem regni rerumque parentem  
 Solantur mediam amplexæ, dolor omnibus idem.  
 Interea longa ducuntur funera pompa,  
 Omnibus atratis veteri de more propinquis,  
 Agmine purpureo patrum, innumeroque Quirite.  
 Sed generi pietas in funere plurima toto  
 Spectatur, meritumque facit. Tu maximus ille es  
 HV R A L T V S, claro veniens à sanguine nomen.  
 Consilij caput & sacra CHE V E R N I V S aula,  
 Qui diplomaticis supremis lilia ceris  
 Imponis, magni custos dominusque sigilli,  
 Et grandes regni versas sub pectore curas.  
 Aspice ut assurgat Phœbi chorus omnis eunti,  
 Vt Musa HV R A L T V M, & pater ipse salutet A-  
 pollo.



Omnia quæ miris affabre facta figuris  
 Circum, perque bases & lata marginis aras  
 Argento ac fuluo Diuûm, manus extudit auro  
 Immortale, ingens, DIIS MANIBVS ATQVE

THVANO,

Sacrum perpetua monumentum laudis & artis.  
 Vidimus hæc, & nos duxere per omnia Musæ;  
 Nec vidisse sat est, elegos audiuimus ipsi,  
 Lugubrisque lyra cantus & flebile carmen  
 Aonidum, quales vdi per prata Caystri  
 Meandrique vagi ripas dant gutture cycni.  
 Quo natura simul concepit carmine luctum  
 Aëra mox nebulis sese nimbisque videres  
 Induere, humentes suspiria rumpere ventos,  
 Et madidum longè solito plus flere Nouembrem.  
 Scilicet illud erat quod nescia Gallia nuper  
 Extimuit, cum se tam longas arduus æther  
 Solueret in pluias, miscerent omnia venti,  
 Omnis & effusis tegetetur ripa sub vndis.  
 Spumeus ante alios intorto Sequana cursu  
 Ferret agens armenta, domos, pontesque trabesque.  
 Nec fuit hyberni, ne credite, sideris illa  
 Tempesta, aqueo nec quæ de Pisce minantur.  
 Nam genus hoc voces & verba valere sinamus,  
 Deucalioneis orbem fore rursus in vndis,  
 Instare excidium mundo, supremæque fata,  
 Quæque malè inspectis diuinat Ephemeris astris.  
 Nil tale, ac frustra queruntur ab æthere causæ;  
 Aonides fecere, sui dum fata THVANI  
 Carmine deplorant & luctum impensius vrgent.  
 Nam mæsti interea peruasit carminis Echo,  
 Turbauitque nouo terras atque aëra motu,



Ventisque pluuijsq; & tempestatibus atris.  
 Adde quod Ismarijs simul huc quoque venerat oris,  
 Siue comes Phæbo, seu matri Calliopeæ  
 Venerat huc Orpheus, patrij quem mille secuti  
 Hinc atque hinc nostris miscentur in amnibus amnes,  
 Et rapidis latè obducunt torrentibus agros.  
 Fortè etiam siluis fragor inde auditus in altis  
 Auulsumq; locis nemus, & iuga visa moueri,  
 Dum canit, & rigidas motare cacumina quercus.  
 Tèque tuosque obitus luxit natura THVANE,  
 Te Musæ tristes, & carminis author Apollo,  
 Threiciusque caua luxit testudine vates.  
 Idem per populos & Galli nominis vrbes  
 Luctus ijt, luctu & lacrimis plena omnia nuper.  
 Sed rursum ecce polo Cyllenius ales ab alto  
 Nuntiat, Indigetem, satis hæctenus, inquit, ademptum  
 Luxistis, fas illud erat, sub morte recenti.  
 Nunc habitat cælo Diuus, fruiturque Deorum  
 Colloquio, sed èmque illustri in sidere fixit.  
 Hic ubi stellifero via lactea surgit Olympo  
 Vnde suam meliore situ bonus aspicit urbem,  
 Et pariter modò cum superis humana tuetur.  
 Certa fides Atlantiada, nec vana monemur,  
 Salue latifici magnum ætheris incrementum,  
 Iam maior, iam diue & dudum debite cælo.  
 Sis bonus ô felixque tuis, & Gallica semper  
 Aspice regna fauens, tutelarisque vocari  
 Assuesce, & patriæ custos, & numen amicum  
 Legibus, ac quo plus hodie pollésque potésque,  
 Da monitus, sanctisque illabere desuper auris  
 Aspirans generóque tuo, generique tuorum:  
 Illum etiam gestis regni bene rebus ouantem,



*Annorum, & vitæ saturum, & splendoris, opumque  
Sperato renoca pius ad te & serus Olympo.*

I. GVIONIVS, Augustod.

**V**gete ô fluuij que riuique,  
Et tu Sequana fluminum imperator,  
Et tu Matrôna confluens marito,  
Tu pater Ligeris, Crœusa, Clane,  
Omnes aggeribus dolore ruptis  
Laxa excurrite flebiles habena.

Totus in lacrimas recumbat æther:  
Totum se in lacrimas resoluat aër:  
Immò nil nisi lacrima per orbem  
Stillent calitùs, & fluant perennes:  
Tandem vt diluuiò altero per imbres  
Natet Gallia. Nanque res necesse est  
Perire, inque vetus chaos reuerti,  
Postquam hunc deseruit THVANVS orbem  
Princeps principe magnus in Senatu:  
THVANVS pater ordinis supremi,  
Immò qui fuit omnium ordinum ordo.

NIC. RAPINVS apud Picton.  
Lestodiocta.



VERS ELEGIAQUES RYMEZ  
A LA CESVRE.

Par NIC. RAPIN Escuyer Vifeneschal  
au bas Poictou.



R peut bien le Palais & l'Eglise, & le peu-  
ple de gens laiz,  
Pour ce nouveau cercueil prendre parure  
de dueil.

Puis q̄ de Thou, qui de tous portoit la lumiere deuãt nous,  
Astre de tous desiré, s'est de notre œil retiré.  
Bien que de tous costez mille flambeaux luisent euantez,  
Dont la famille pleurant, va le sepulcre honorant:  
Bien qu'il s'en faut peu que Paris ne paroisse tout en feu,  
Pourtãt tout ce qui luit n'est que tenebre, & que nuit.  
Toute la France ie voy qui suit pitoyable ce conuoy,  
Et d'un habit bleu brun sent le desastre comun.  
L'air & le ciel de douleur fonderoẽt en larmes & en pleur,  
Et couleront icy bas pour regreter ce trepas.  
Les ruisseaux courent, & les grans fleuue ne pourront  
Leurs torrens moderer pour tout à l'aise pleurer.  
Ia desja Sene sort, & Loire & Marne de son bord,  
Et la Garonne & le Clain hors de son antique train.  
Onquẽ le Prince & la Cour ne reuerrõẽt vn si piteux iour:  
Onc ne mourut flambeau si lumineux ne si beau.  
O vieillard vigoureux que iamais le Palais ne vit oisieux,  
Au sortir dernier, mais à venir le premier.  
Las! tu deuois encor surpasser l'âge de Nestor,  
En conseil & apuy plus venerable que luy.  
Ni la faueur ni le bien, pres d'un bõ droit ne t'estoient rien:  
Des gens doctes amy, des chiquaneurs enemy.  
Des docteurs docteur, de la vefue & du pauvre protecteur,



Plus entier que Caton, plus eloquent que Platon.  
 Mais qui s'est osé, mais qui s'est oncques oposé  
 Aux forgeurs maudits des temeraires edicts?  
 T'oy seul des Gaulois moderant la balance de tes loix  
 Contre le choq inhumain nous soutenois de la main.  
 O Senateurs pourprez qui serez de ce grād guide frustrez  
 Pourra-il vn tel chef naistre de vous de rechef?  
 Vn seul pour dire vray, sur tous se presente de HARLAY,  
 Pour de ce beau mortier estre le digne heritier.  
 Les cieux l'ont gardé, sur luy nostre prince a regardé  
 Par son seul mouuement en cet honneur le nomant:  
 Non moins grād que de Thou, l'ont faict l'Auuergne &  
 le Poictou,  
 Et la Prouence qui fut charge premiere qu'il eut.  
 Ainsi l'vn cessant suruiendra l'autre renaissant:  
 L'vn nous vient secourir l'autre venant à mourir.  
 Voyci le gēdre ausi tost aparoir que le beau-pere no<sup>3</sup> faut:  
 Car nul n'est de ce rang digne sinon de ce sang.  
 Ainsi l'Islandois voit l'aube & le vespere de ses toicts,  
 Et d'vn terme pareil naistre & coucher le Soleil.

AD CL. V. IAC. AVGVSTVM  
THOVM SENATOREM.

In funere amplifs. V. CHRISTOPH. THOI  
Senatus principis.

**N** Vper benignas adprecans, reus voti,  
 (AVGVSTE, Phæbi ocelle, ocelle Musarum)  
 Aures Dearum, quas frequens adis cultor,  
 Arcano in Herculis recessu, vbi puras  
 Matrum sub vmbra riuus educat lauros:



Horrore percussus graui, entheo Phœbi  
 Præsentis æstro percuti ratus corda,  
 Tuo volebam nomini additas laudes  
 Meæ applicare consonis lyræ neruis:  
 Cùm sensim inertes torpor insolens artus  
 Quatit, caduntque muta de manu plectra,  
 Ceu flexiles piscator instruens cannas,  
 Atque innatantes æquori explicans setas,  
 Nutantem atroci lineam abijcit præda,  
 Torpore gliscens membra dum petit virus.

Nec mora, maligna numina increpans votis,  
 Iratus æquè Apollinique Musisque,  
 Antrum reliqui. At factus obuiam Phœbus  
 Ad me pudentem his tristibus modis fatur.

Quid me, quid orbas patre nunc premis Diuas?  
 Tibi adesse reris posse quæ sibi desunt,  
 Tristi replentes fontium alueos imbre  
 Dum tristiora præuident THOI fata?

O conscia humani heu nimis nimis fati  
 Vis præscia Deum! nam velut prius tela  
 Parare scimus vindici Iouem dextra,  
 Quàm motus æther, quàmque fulgurans nube  
 Sonante vtrunque terreat polum bombo:  
 Sic Parca fragilis administra quos vitæ  
 Clotho notauit in perennibus saxis  
 Non pollice pio quamlibet pios, ipso  
 Ioue Præsidente & assidentibus fati,  
 Mortis premente necessitate præscripta,  
 Videmus ah! & inuidemus Orcino  
 Thesauro, vt offerenda sacra, promitti,  
 Illos auarus antequam auferat Plutus.  
 Hinc Dij dolemus, quæ dolere Dijs fas est,



Præuisa magni funera aspera heroïs:  
 Et iniqua cogor nuncupare iam fata  
 Raptura Phæbo de sinuque Musarum,  
 Chori parentem & principem THOVM nostri,  
 Iouisque prolem proditam ex Dices partu:  
 Vt mox solutus corporis sui vinculis,  
 Ioui adsit ipsi, confidens Deum sellis.

Dixerat, & auras in leues Deus fluxit,  
 Proteus marinos vt liquefcit in fluctus.

Oraculorum qui hæcenus fidem spreui  
 Sine illa Pytho siue quæ canunt Delphi,  
 Veram esse Phæbi nunc nimis scio sortem,  
 Ambage nuper editam mihi nulla,  
 Sed quam probauit certus exitus certam.

Effertur alto funus ecce suggestu  
 Lumen togatæ Gallia & salus gentis,  
 Vindexque iuris, iuris acer interpres,  
 Et ordinum sol ille purpuratorum,  
 Auris palati, prima vox, & examen.

Tu, quem paternis semitis inhaerentem  
 AVGVSTE, vis virtutis & bonæ famæ  
 Ardor, choreas vltro in astricas tollit,  
 Cuius volucris persequi impetum laudis  
 Versu volebam, personantium laudum  
 Loco, dolentis excipe in sinum luctus,  
 Lacrimas & vrna quas bibat sepulchralis,  
 Miscere si illas fas tuis sit, vt maior  
 Magni parentet imber ad patris Manes.

CL. BINETVS.

Iene



JE ne veux point pleurer le pleurable trespas  
 Du grand heros DE-T H O V, car sa cōstante vie  
 Qui ne se veit iamais aux douleurs asseruie,  
 Mesme en sa mort m'apprit q̄ pleurer ne faut pas.

Doy-ie donc m'ējouir puis qu'un diuin repas  
 L'assouuit pres des dieux? non, car la grande enuie  
 Que ie te porte, ô Ciel, voyant par toy rauie  
 L'esperance de tous, va retenant mes pas.

Si ie ne pleure point vne si grande perte  
 En moy l'impieté se verra decouuerte,  
 Si ie le pleure aussi j'enuie son bon heur.

O bien heureux Esprit, dont la ferme cōstance  
 En la vie, en la mort, montre en moy sa puissance,  
 Pour ne flechir iamais au bien ou au malheur.

CL. BINET.



**R**ouidus ille parens mundum qui temperat  
 omnem,  
 Humanúmque pio seruat amore genus,  
 Sicubi grassantes despexit ab aethere pestes,  
 Vt regio monstris non caret vlla suis,  
 Tristia quod pellat contagia sufficit illic,  
 Presentemque malo fert miseratus opem.  
 Nonne vides vt terra nouo quaesita sub axe,  
 Quam Veneris passim fœdat acerba lues,  
 Felicis truncum tulit arboris, vnde laborum  
 Certa quies, agris certa petenda salus?  
 Sic vbi tot scelerum facies, tot Gallia fouit



Monstra, fuit que locis omnibus omne nefas,  
 Ille salutifera caput extulit arboris instar  
 Christophorus patriæ certa medela sua.  
 Cuius ope impuras deponeret impia labes  
 Gallia, & in precio fâsque, piûmque forent.  
 Ergo sacro Themidis iamdudum incensus amore  
 Pellebat longa vimque dolôsque fuga,  
 Cùm validam immani quatiens ferit ate bipennem  
 Mors decus hoc tristi stravit iniqua solo.  
 Ingemuit casu tanto non Gallia solùm,  
 Hanc licet imprimis tangeret iste dolor:  
 Verùm omnes latè populi quicunque per orbem  
 Astra & reducis numina sancta colunt.  
 Ecce tamen vna radice repullulat arbor  
 Instaurata, nouis luxuriâtque comis.  
 Illa quidem aërias non tam sublimis in auras,  
 At vigor in folijs qui fuit antè manet.  
 Aspicias in summo dicentem iura senatu  
 Augustum tantæ spem, columénque domus?  
 Hic vir hic est, vno quo vindice Gallica virtus  
 Ardua conspicuum tollet ad astra caput.  
 Magnaëq; Ausoniæ veterem premet æmula laudem,  
 Siue placent Musæ, seu placet alma Themis.  
 Quique habet à magno decus immortale parente,  
 Gloria & ipse sui magna parentis erit.  
 Ergo tot elogijs quæ audit pater ille Senatus,  
 Cura sui Regis maxima, plebis amor,  
 Hunc meritò titulum venturæ in sæcula famæ,  
 Addimus, Augusti quod fuit ille parens.

SCÆVOLÆ SAMMARTHANI  
 Quæstoris Franciæ.



## Senarij ad Επιταφιογράφου.

**V**id stetis optimi T V A N I funera?  
 Non perdidistis, astra quem nunc possident:  
 Nec ipse perdidit, quod hîc possederat.

*Illum sequuta mentis usque sunt bona:*

*Quae sciuit, & gessit bene aeternum manent.*

*Viuas reliquit ecce imagines sui,*

*Claros paternis liberos virtutibus.*

*Vtq; orbis urbe maxima Praeses fuit*

*Summus, beatis praesidet nunc insulis.*

Ενδεκάσλλαβα.

**Ο**Υτος Χειροφόρου Τάφος καλύπτει,  
 Ος ᾤωντων προέδρων ἔλαμψεν ἄγρον,  
 Μύσας τ' ἐτεφάωσε καὶ Θέμισα,  
 Εμφρων, ὀρθόπολις, κριτὰν δ' ἔριτος,  
 Τέκνων τέκνα λέλοιπ' εἰκότ' αἰτεῖ.  
 Οὕτω δ' ἄσπεδέως βίον ᾤωντα,  
 ΧΡΙΣΤΟΣ Χειροφόρον κείλεσσ' ὀλύμπω.

Φεδ. ὁ Μόρελλος ὁ Φεδερίκου.

Distichon numerale.

Fat Is ConCesIt qV a noCte ThVanVs, opaCo  
 Tros pVer è CaLo Manè rVebat aqVas.

ROB. STEPHANVS.



## A. M. D'EMERY.

**C**Eux qui ont fait ces vers vainqueurs du  
monument,  
Qui couvrirait sans eux du defunt la  
memoire,

Te cedent, E M E R Y, le prix de leur victoire,  
Confessans te deuoir de ces vers l'argument.

C'est toy qui le premier, attristé freschement  
Du trespas de ton pere, & soigneux de sa gloire  
Imploras le secours des filles de Memoire,  
Qui seules à l'oubli mettent empeschement.

Ainsi ta piété, rare au siecle où nous sommes,  
D'autant plus te rendra celebre entre les hommes,  
Qu'on voit ceste vertu moins prisee aujourdhuy:

Et ces vers qui ton pere à iamais feront viure,  
Feront en recompense aussi viure avec luy  
Ceux qui en ta faueur le font viure en ce Liure.

ROB. ESTIENNE.

AD IAC. AVG. THVANVM  
CHR. F. SENARII.

**V**Ixit bonarum fautor, & non infrequens  
Parcúsue cultor artium, inculpabilis  
Index, Senatus Gallici clarissimus  
Princeps THVANVS. vixit: heu mors inuida,  
Heu caca, rebus quæ benignum Gallicis,  
Quæ luminosum sidus haud suspexeris.  
Sed quando nulla flectitur Fatum prece,



*Nullis querelis, exequamur, quod pij  
Ritus negatum exoptularent : maximo  
Soluenda iuris iusta sunt Antistiti.*

*Procedit ecce funus, & quanta potest  
Maiore pompa : nos sequentes funebrem  
Claudemus actum lacrymis, quibus decet  
Finiri, acerbioribus : quæ (si lapis  
Cadente durus concuatur guttula)  
Doloris imo proruentis pectore  
Testes, THVANI marmori insculpent notas.*

*THVANVM in astra laudibus quisque extulit,  
Cælo receptum proprijs virtutibus,  
Famæque nostri seculi certissima,  
Vt sunt colendæ res sacræ, silentio  
Veneramur augustum sacro. Vox deficit:  
Mens, lingua torpent : Túque nusquam degener  
THVANE (quem parentis integerrimi  
Funus piè sanctæque ducentem sequor)  
Mærens tacendo testis es mihi, leues  
Loqui dolores, obstupere maximos.*

R. PINCIUS Senator Paris. F.

**S** I long temps apres mon trespas  
Mon fils fait imprimer ces carmes,  
Lecteur, ne t'en estonne pas,  
Encor ne sont seches ses larmes.

C. MENARD Conseiller en la Court.



Emendanda.

Pag. vers.

10. 25. lege scriptitasse Comicos versus ferunt,  
12. 8. illa Bitonem,  
34. 28. sic trinoctia:  
65. 11. commemorem? terras  
96. vlt. Auro exornatur



R. P I N C I P S S E N A T O R P A R I S I.

Encore ne font seches les larmes.  
Lecteur, ne i en estonne pas,  
Mon fils fait imprimer ces larmes.  
I long temps aprer mon trespas

C. M A R I A D C O N S E I L L E R E N L A C O U R

P. M.



## Christophori Thuanij.

Sat tibi, sat fama, sed non patere, forog  
vixisti Thuanus satis, diuturnius daunum  
Corporis angustum robore, mentisq; quiete  
Compositi mores, et publica vota parabant.  
Invidit fatum Thuanus antero Senatus  
Splendorem sanctasq; adeoq; resurgere hinc  
Ant potius curas semis atroxq; labores  
vultu respiciens placido Deus, aequa rependit  
Praemia quae manesq; pios, animasq; manebunt  
Foculis superum immortalis nectare gustas  
Hinc igitur lacrymae, procul hinc suspiria, luctus,  
Et gnaenlae populi vocis, ne vixere tereis  
Nec vita potuit statum beatius unquam  
Dimitti cui lux generis castissima virgine  
Florentis naty, affinis & honoribus alti  
Obtulerant, Et tu imprimis Hymalti togaty  
Ordinis Antistes nostrae fidissima sextis  
Spes & praesidium: quid ad haec solatia desit  
En proceris centumq; Patres, vobisq; chorisy  
Pompa frequens Sydnus veli mox sede locandam  
Proscymitru praecibus sarcoph et tumba sororq;  
Cretatim violas tumulo superaddit olivis. 1582.

### De Eodem

Totus erat totum, modo parva pulvis in arca  
Ezzo, nam totum non brevis vena capit.





Chapitre de l'Économie

Texte principal de la page, écrit en français, qui est inversé par rapport à la page suivante. Le contenu est difficile à lire en raison de l'orientation et de la qualité de l'écriture.



Texte en bas de page, également inversé, qui semble être une conclusion ou une note.




AD  
E  
Hoc  
De  
Gal  
por  
A. E.  
Gallia




Apoc  
c





















Restauré et relié à l'atelier  
bibliothèque en 1985.  
par M. FERRAZZA  
et A. PERROT-MINNOT.



